COLLINGÆ · A. 1744. * FRANCISCUS
PRÆPOSITUS S. SALVATORIS
AD BIBLIOTHECAM
IBIDEM .

H. Mon. 553:2

Steinbach

<36629437300013

<36629437300013

Bayer. Staatsbibliothek

Diplomatische

Sammlung

historischer Merkwürdigkeiten,

aus dem

Archive des gräflichen Cisterzienserstifts Saar in Mähren.

Von

Otto Steinbach

ebendesselben Stifts Priester, Sekretär, Archivsvorsteher, und apostolischen Notar.

Zweyter Theil.

Prag, Wien, und Leipzig,
in der von Schönfeldischen Buchhandlung.
1783.

BIBLIOTECA
REGIA
MONACENSIS

Hundert funfzig

Urkunden

zur

diplomatischen Sammlung

historischer

Merkwürdigkeiten.

Consuetudo enata est, ut si quis modo historias maxime Provinciarum, Urbium, Monasteriorum, & aliarum Ecclesiarum, imo & familiarum scribere adgrediatur, necesse sit, si sibi fidem haberi velit, ut acta vetera & chartas authenticas ad calcem libri repræsentet, quæ monumenta merito Probationum titulo decorantur, quod absque illis eorum, quæ narrantur, fides vacillare videatur.

Theodoricus Ruinart in præfat. ad Mabillonii opus de re diplomatica.



Num. I.

Breve Chronicon Zdiarense antiquum a M. Olavo Celsio Bibliothecario Holmensi Anno MDCCLI. typis vulgatum, & a Reverendissimo D. Bonaventura Pitter Præposito Raybradensi notis illustratum.

Anno Domini millesimo ducentesimo LI. Dom. *Botzko* 1) Comes Berneczensis & Nide, in die invencionis St. Crucis jecit fundamenta Ecclesiæ monasterii fontis Sancte Marie Ordinis Cisterciensis in *Zdiarij*. Et anno fundacionis quarto, videlicet anno MCCLV. in vigilia Scti. Thome obiit ipse summus & primus fundator jam dicti monasterii. Qui ex conjuge sua *Ewfemia*, filia Domini *Przibislai* reliquit duos hæredes mares, *Smilonem* & *Gerhardum*, & unam filiam nomine *Agnetam*, que postea Domino *Vitikoni de Sswabnitz* nupta est. Conjux vero Domini Przibislai antedicti, *Sibilla* nomine, felix matrona, & mater Ewfemie prædicte, postquam omnia quæ habuit, monasterio jam fato legasset, præter unam tunicam, in qua sepulta fuit, in prospiterio feliciter quievit in Domino, circa annum Domini MCCLXI.

Anno Dni. MCCLVIII. obiit *Smilo* filius *Wotzkovis* antedicti, & tota cura fundationis ad *Ewfemiam* relictam Botzkovis devoluta est. 2) Que residens circa monasterium, omnia que habere potuit,

BIBLIOTECA REGIA MONACENSIS

tuit, edificando consumpsit, & propriis manibus in ornatu ejusdem, prout hodie apparet, multum laboravit, & monachis contemporaneis infinita salaria ministravit, tandemque plena bonis operibus obiit circa Annum Dni. MCCLXXIX. Postea filius ejus *Gerhardus* intromisit se, sicut & debebat, de fundacione monasterii antedicti. Et duxit nobilem virginem *Jutam de Wahtberg*, ex qua genuit duos filios *Botzkovem* & *Smilonem*, heredem, seu Prosecutorem fundacionis & duas filias *Ewfemiam* videlicet & *Agnetam*. Mortuus est tandem *Gerhardus* jam fatus circa annum Domini MCCXCI. Tandem Domina *Juta* relicta Domini *Gerhardi* permanens vidua, & tenens bona mariti ab hac luce decessit circa annum Domini MCCXCV. Demum & ambe filie ejus prædicte obierunt.

Mortuus est itaque *Botzko* filius ejus, & devoluta est fundacio ad *Smilonem* filium *Gerhardi*, qui intromisit se de fundacione præfati monasterii. Sed non tanta sollicitudine prefuit monasterio, sicut predecessores sui. Hic omisso Comitatus titulo, primus se Dominum de Cunstat nominavit. 3)

Hic *Smilo* duxit filiam Dni. *Ulrici de nova domo*, virginem *Annam* nomine, & decessit juvenis circa annum Domini MCCCXII. relicto herede Domino *Botzkove* ex præfata Domina *Anna*. Qui reliquit heredem similiter *Botzkovem* ex Domina *Agneta* e genere Dominorum de *Michalovitz*. Et hic *Botzko* ultimus sepultus est in sepulchro Dominorum fundatorum in antedicto monasterio fontis S. Marie in *Zdiarij*.

Et idem *Botzko* reliquit filium similiter *Botzkovem* cognomine antiquum genitum ex Domina N. *de Roszis*; qui fuit primus Dominus *de Podiebrad*, & sepultus est in Monasterio Canonicorum Regularium in *Satzka*. 4)

Hic

Hic *Botzko* genuit ex Dna. *Anna de Lippa & Duba* quatuor filios, *Botzkovem*, *Johannem* dictum *Kostky*, *Hynckonem*, & *Victorinum*. Primi tres decesserunt absque liberis. Quartus videlicet *Victorinus* XXIV. annorum existens defunctus est, relicto *Georgio* filio, & duabus filiabus *Elizabeth* & *Margareta*. *Elizabeth* nupta est Domino *Botzkovi de Zeeberg & Plana*. Et iste *Victorinus* expulsit fratres antedicti monasterii in Zdiarij, & monasterium totaliter desolatum est. 5)

Georgius vero genuit ex Dna. *Kunegunde de Sternberg Botzkovem*, *Victorinum* seniorem, *Katherinam*, *Zdenam* & *Barbaram*. Dnus. *Botzko* sine herede decessit. *Katharina Mathie* Hungarie Regi nupta est. *Zdena* vero *Alberto* Duci Saxonie illustri in matrimonium data, *Barbara* autem Domino *Henrico de Lippa* & *Duba*, Mareschalkovi Regni Bohemie copulata. Defuncta vero *Kunegunde*, Dominus *Georgius* predictus duxit Dominam *Johannam de Roszinthal* in conjugem, ex qua genuit *Henricum* juniorem, alias *Hynckonem*, & *Ludimillam*, que duci *Friderico* Legnitzensi nupta est, ex qua genuit tres filios *Johannem*, *Fridericum* & *Georgium*. *Johannes* adhuc adolescens decessit. Alii vero duo DEo favente, usque modo in humanis degent.

Georgius vero antefatus primum communium Baronum, Procerum, nobilium, civitatum & totius Regni consensu in Gubernatorem regni electus, postea in Regem Bohemie feliciter unctus & coronatus est. Et hic *Georgius* nondum Gubernator neque Rex existens, monasterium predictum in Zdiarij, quondam a tempore expulsionis fratrum ejusdem destructum & desolatum, denuo redificavit. 6) & quasi de novo fundavit, introductis illuc fratribus novis, qui iterum tempore ipsius expulsi, 7) & per filium ejus *Henricum* Seniorem iterato introducti.

Duci vero *Henrico* Seniori illuſtris Domina *Urſula*, Illuſtriſſ. Domini *Alberti* Marchionis Brandeburgensis & Principis Electoralis filia, in matrimonium copulata eſt, ex qua genuit illuſtres Principes, Ducem *Albertum*, filium ſuum primogenitum, deinde *Georgium*, *Johannem*, qui tenellus deceſſit, *Margaretam*, que preclaro Domino *Erneſto* Principi *de Anhalt* eſt nupta, deinde *Karolum*, demum *Ludovicum*, qui ſimiliter tenellus obiit, postea *Magdalenam*, postremo *Zdenam*, que Domino *Udalrico* Comiti *de Hardorgkh* & Glacensi in matrimonium tradita eſt.

Predictis vero tribus fratribus videlicet *Alberto*, *Georgio*, & *Karolo* tres Sorores illuſtris Principis Saxonie Ducis filie nupte sunt. Duci enim *Alberto Salomea*, ex qua genuit *Urſulam* filiam suam primogenitam; *Georgio* vero *Hedevigis*, ex qua genuit *Henricum*, qui tenellus obiit; Duci autem Karolo *Anna* ex qua genuit *Annam*, que tenella defuncta eſt, *Katherinam*, *Margarethom*, *Joachimum*, *Kunegundim* & *Urſulam*, (*Henricum*, *Hedvigim*, *Georgium I.* & *Georgium II.* qui ſtatim obiit) Quos omnes, qui usque modo in humanis degent, Omnipotens in longeva ſanitate, optimaque & secunda prosperitate ad diuturna tempora conservare, defunctis vero per suam gratiam & immensam pietatem requiem eternam tribuere dignetur, Amen. 8)

Anno Domini MCCCCCXX. feſtivitas Sti. Georgii fuit die Dominica XXIII. menſis Aprilis, in qua natus eſt Serenisſimus Princeps *Georgius* Rex Bohemie & Dominus de Cunſtatt, ac hora diei undecima, minuto XXXVIII.

Anno Domini MCCCCCXXV. In vigilia S. Elizabeth fuit feria quinta, in qua nata eſt Nobilis & Generosa Domina *Khunegundis de Sternbergkh.* hora diei quarta minuto XLV.

Anno

Anno Domini MCCCCCXLII. fuit festivitas Sanctorum Apostolorum dimisionis die Dominica XVta mensis Julii, in qua natus est Nobilis & Generosus Dominus *Botzko* de Cunstatt & Podiebradt.

Anno Domini MCCCCCXLIII. feria quarta, in vigilia Ascensionis Domini natus est illustris Princeps Dominus *Victorinus* Dux Munsterbergensis.

Anno Domini MCCCCCXLVIII. Feria quinta quatuor temporum Pentecost. que fuit dies Ste. Sophie, natus est illustris Princeps, Dux *Henricus Jenior*, Munsterbergensis hora die XVIII.

Anno Domini MCCCCCXLIX. feria III. diei Martini nate sunt due gemelle *Katherina* & *Zdena*, quarum senior *Katherina* in succesu temporis fuit nupta *Mathie* Regi Hungarie & altera junior *Zdena* mansit *Alberto* Duci Saxonie. filii & filiæ Domine *Khunegundis de Sternberg* & Rege *Georgio*.

Anno Domini MCCCCCLII. feria IV. in vigilia ascensionis Domini natus est illustris Princeps, Dominus *Henricus* junior dictus *Hyncko*, Dux Monsterbergensis.

Anno Domini MCCCCCLVI. nata est Dna. *Ludmilla* Ducisa Lignicensis in die S. Galli, filius & filia ex Rege Bohemie & Regina *Johanna*. 9)

Anno Domini MCCCCCLXVIII. natus est *Albertus* primogenitus filius *Henrici Senioris*, Ducis Monsterbergensis, nocte media, feria III. in die Steffani Pape & Martyris, in Castro dicto Montis Trinitatis.

Anno Domini MCCCCCLXXII. in vigilia Johannis Baptiste natus est *Johannes*, sepe dicti Ducis filius hora secunda noctis, in Castro Glacensi feria III.

Anno Domini MCCCCCLXXIII. nata est eidem Duci primogenita filia nomine *Margaretha* in festo Translationis Sti. Adalberti & S. Hedvigis feria IV. hora vespertina in Castro Koselensi.

Anno Domini MCCCCLXXVI. natus eſt eidem Duci filius *Karolus* nomine die Dominica Floriani, hora undecima in Caſtro Glacensi.

Anno Domini MCCCCLXXVIII. natus eſt ſupra dicto filius nomine *Ludovicus*, feria ſecunda hora VIII. in vigilia Sanctorum decem millium martirum in Caſtro Glacensi.

Anno Domini MCCCCLXXXIII. feria III. in die Sti. Erasmi hora vigesima, nata eſt eidem filia, nomine *Zdena* in Caſtro Glacensi.

Anno Domini MCCCCXC. in vigilia Philippi & Jacobi, que fuit feria VIta natus eſt nepos primus Domini *Heinrici Senioris* nomine *Heinricus*, filius *Georgii* Ducis in caſtro Glacensi, hora undecima.

Anno Domini MCCCCXCVIII. nata eſt illustri Principi Domino *Alberto* Duci Monnſterbergensi &c. primogenita filia nomine *Ursula* die Sti. Steffani protomartyris hora undecima, que fuit feria III. in Caſtro Olsnensi, primogenita nepte *Heinrici* Ducis, Senioris Monnſterbergensis, & confirmata eſt per V. P. D. D. *Johannem* Episcopum Lisicensem in monaſterio monialium S. Katherine Wratislavis M. D. I.

Anno Domini MCCCCXCIX. feria ſexta ante nativitatis Marie, que fuit dies VI. mensis Septembris mane post horam XI. nata eſt primogenita filia illustris Principis *Karoli* Ducis Monnſterbergensis nomine *Anna*. Et an. Domini MDII. confirmata eſt per R. P. D. *Johannem* Epiſcopum Lisicensem in capella Caſtri Olsnensis feria VI. in die Sti. Eraſmi.

Anno Domini MD. 10) Jubilæo in craſtino Sti. Maurici feria IV. nata eſt secunda filia, nomine *Katherina* ejusdem Domini *Karoli* in arce Glacensi infra horam VII. & VIII. & anno Domini MDII. confirmata eſt per V. P. D. Episcopum Lisicensem in Capeila Olsnensis caſtri feria VI. in die Sti. Erasmi.

An-

Anno Domini MDII. in die Sti. Johannis Evangeliſte, que fuit feria secunda, nata eſt tertia filia eidem Duci *Karolo*, nomine Margaretha in Caſtro Olsnensi infra horam VIII. & IX. mane.

Anno Domini MDIII. infra horam XXI. & XXII. natus eſt illustri Principi Domino *Karolo* Duci Monsterbergensi, Slozie Olsnensi, comiti Glacensi primogenitus filius nomine *Joachim* XVIII. die Mensis Januarii, que fuit feria V. ipso die Ste. Prisce Virginis in Caſtro Olsnensi.

Anno Domini MDV. 11) feria IV. mane ante Michaelis poſt horam X. nata eſt eidem Duci *Karolo* filia quarta, nomine *Khunegundis* in Caſtro Olsnensi, Feſtum autem Sti. Michaelis erat die Dominico.

Anno Domini MDVI. feria IV. in vigilia Ste. *Barbare* Virginis ante horam tredecimam, nata eſt eidem Duci *Karolo* filia quinta, nomine *Ursula* in Caſtro Olsnensi. 12)

Anno MDVII. ſecunda feria post palmarum, que fuit XXIX. dies Marcij natus Duci *Karolo* secundus filius nomine *Heinricus* Marie hora X. in Caſtro Olsnensi.

Anno Domini MDVIII. in craſtino Sti. Barnabæ, que fuit feria secunda pentecoſtes, infra XXII. & XXIII. nata eſt eidem Duci *Karolo* filia, nomine *Hedvigis* in Caſtro Olsnensi. 13)

Anno Domini MDIX. die Dominica poſt omnium Sanctorum, que fuit dies quarta Novembris hora III. nocte ſequentis, natus eſt prenominato Duci *Karolo* tertius filius nomine *Johannes* in Caſtro Olsnensi, quod feſtum omnium Sanctorum fuit feria quinta.

Anno Domini MDXI. feria III. in profeſto Ste. Agate hora V. nocte sequente nata eſt eidem Duci *Karolo* septima filia, nomine *Barbara* in caſtro Olsnensi. Et per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum *Johannem Thursso* tunc temporis Episcopum Wratislaviensem, Dominica die feſto Ste. Appo-

Ionie Wratislavie baptisata. Et ab illustrisima Principe Domina *Anna* Serenisimi Domini *Wladislai* Hungarie & Bohemie Regis filia, demum & generosum Dominum *Zdenkonem* dictum Leo de *Rosmital*, supremum Burggrabium Pragensem, & *Moysen* ante fati Regis *Wladislai* Magistrum Curie Hungaricalis, nec non prefate Domine *Anne* Magistram curie, & per Dominam *Christinam* de *Menboldt*, *Johannis Borzitha* de *Bistrzize* Conjugem e Sacro fonte levata.

Notae Pitterianae.

1) Inter manuscripta & innumera per omne genus mortales acquisita impressa cymelia mea historica istud inveni *Chronicon breve* Cœnobii Zdiarensis, quod Magnus Olavus Celsius è Codice manuscripto decerpens luci publicæ donavit Holmiæ Typis Laurentii Salvii Anno M. D. CC LI. Illud ego quibusdam notulis illustrandum judicans, sequentia præsertim isthic animadvertenda censui.

Celeberrimum Monasterium Zarense Ord. Cisterc. ea ad hæc usque ducebatur fide fundatum quidem esse à *Boczkone* Comite de *Bernek* & *Nidde* Castellano Znoymensi, & recte. Annum tamen fundationis direptis aut flammis despastis documentis, sublimius adscendere volunt, nempe ad annum 1234. Ita Clar. P. *Augustinus Sartorius* in Cistercio bistertio pag. 1041. *Balbinus* vero, aliique alium ponunt annum. Totum ex Chronico isthoc refellitur. *Boczko* enim excisus ex Matris latere, ab eodem, ac si *Cæsarem* diceres, nomen sortitus, tertia Maji Anno 1251. clare expresso fundamenta jecisse adseritur. Duas hic inter Fundatores denuo ostendimus Matronas, *Sibillam* & *Eufemiam*, de quarum prima Balbinus silet, de altera id admiratione dignum occurrit, quod ad illam, non vero fratres aut filios Boczkonis, cura fundationis Zarenæ devoluta dicatur.

3) Cum hac via *Smilonem* primum è suis, abjecto Comitis titulo, Dominum de *Cunstat* nominatum fuisse com-

compertum ſit, minus recte poſitum arbitror apud Cl. Sartorium, *Boczkonem* primum Fundatorem fuiſſe Baronem de *Cunſtat*.

4) Magna ſub iſthoc *Boczkone* ſeu *Boczkove*, prædeceſſoribusque ſuis ſanctitate florebat Monaſterium Zarenſe, in quo teſte *Bonifacio* PP. IX. non modica hoſpitalitas, ingens divinus cultus viguit, & multa fiebant opera pietatis.

5) Non modo male habitum, ſed ad interitum usque deductum fuit Monaſterium à *Victorino* iſthoc, qui neſcio, an veneno huſſitico adflatus, ipſe fundationem Majorum ſuorum extrema calamitate adfecit, & inſontes aſceterii incolas anque caneque pejus ejecit.

6) Diſſimilis Genitori filius *Georgius*, maculam, quam Pater ſuus, ſtirpi inuſſit, reparare volens, bona direpta recuperavit, & Abbati cum fratribus reducto, munificentiſſimus Benefactor reſtituit.

7) En novam tempeſtatem! — ſubito fit corvus, qui modo cygnus erat. — Et ad Caſtra Huſſi reverſus Georgius, eos, quos replantavit, denuo radicitus evelli ſivit, Ciſtercienſis Inſtituti Alumnos. Quamquam Abbati eorundem à *Pio* PP. II. circa A. 1462. uſum Mitræ & Pontificalium perpetuo ſervandum impetraſſet.

8) Hucusque Chronicon vetuſtiſſimo charactere exaratum eſſe Clariſſimus advertit auctor *Celſius*, per diſtinctam manum porro continuatum.

9) Mirandum ſane, hic filum jam abrumpi, nec quidquam de geſtis *Georgii* Regis, *Rokiczanæ* commercio, fatisque reliquis memoria dignis memorari.

10) Plurimis calamitatibus ſæculum hoc exactum fuit. Monaſterii Zarenſis Abbatem *Vitum* ſatis adhuc felicem, Principibusque gratum, inter Acta Oſſecenſia reperio ad A. 1503. quo illi commiſſum erat negotiam viſitandi Monaſteria ordinis ſui per Bohemiam & Moraviam ſita. At poſt obitum novæ ſurrexere turbæ. Nam certum exploratumque tenemus, novam fratres ſuſtinuiſſe expulſionem ſub Abbate *Ambroſio*, qui per varia loca vagatus, atque digreſſus, tandem *Raybradii* loco ſylvarum denſitate tantiſper ſecuro, conſedit. Ubi paucis quoque monachis Benedictinis, Præpoſito *Valentino* & *Jacobo* Abbate *Brzewnovienſe* receptoribus, cum *Petro* ultimo Abbate *Willemovienſi*

vitam vixit & devixit A. 1540. ſepultus fuit in ſacello S. Andreæ Apoſtoli Eccleſiæ monaſterialis Rayhradenſis è regione *Petri* Abbatis *Willemovienſis*, Socii exilii atque doloris. Lapis ſepulcralis habetur Rayhradii, cujus literæ circumferentiales ſunt iſtæ: *Anno M. D. XL. Hic ſepultus eſt Adm. Reuerendus Dominus Dominus Ambrosius Abbas Sarenſis. Orate pro eo.*

11) Errorem hic irrepſiſſe chronologicum, palam adparet, inde legendum Anno: M. DVI.

12) Rurſum adnotat *Celſius*, ab hac recentiorem continuaſſe manum.

13) Hic neſcio quo fato, paulo ſuperio *Karolo* I. attributi filii duo, quorum uterque *Georgius* adpellatus eſt, omiſſi deſiderantur.

Hæc vero paucula notaſſe ſufficiat.

Tranſumptum ex Originali authographo per Reverendiſſimum D. Commentatorem compilato, & Zarenſi Præſuli Fernardo in pignus amicitiæ oblato.

Num. II.

Premizl Ottakarus Marchio Morav. confirmat Fundationem Monaſterii Fontis S. Mariæ in Zaar, dd. Brunæ A. 1252.

In Nomine sancte & indiuidue trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. amen. Nos Premizel qui et Ottakarus dej gracia Dux Auſtrie, Marchio Moravie. Univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam ut ait auctoritas omnes morimur et quaſi aque dilabimur, ne geſta hominum digna celebri et perpetua memoria temporum dilapsu prorsus ab humana recordacione queant elabi et in dubium reuocari apud poſteros. Nimirum opere precium eſt fide inſtrumentorum ejusmodi perhennari. Preſertim tamen ea que ad Omnipotentis dei uite datoris

et

et regni pertinere cultum et animarum remedium dinoscuntur. Cum igitur fidelis noſter Baro ſcilicet dominus *Boczko Comes de Bernekke*, et Burchravius de Znoym, et Socrus domina *Sibilia* relicta domini *Pribizlai felicis memorie quondam Burchravii de Veueri* una cum filiabus ejusdem defuncti et ſuis. uidelicet domina *Eufemia* conſorte prenotati domini *B.* (*Baronis*) et domicella *Eliſabeth.* cupientes pium prefati defuncti complere uotum. et proprie nichilominus eciam conſulere ſaluti. ad honorem altiſſimi et beatiſsime uirginis dei genitricis marie et preclari confeſsoris chriſti ſancti Nicolai ſtatuerunt fundare in *Zſchar* domum Cyſtercienſis ordinis intitulatum *de fonte ſancte marie* filiam *Nepomucensis ecclesie* utpote ab eadem propagatam. In communi legantes perpetuo eidem nouelle plantacioni prenotatam villam *Zſchar* et *Berchtoldesdorf* que aliter dicitur *Nowawize* et *Rorbach* aliter dictam *bruſchowani.* et *Dobrawoda* et *Jama* uillas. cum ſiluis et aquis et omnibus attinentiis ſuis ommique iure ſibi competente. Specialiter vero ſepedicto domino B. addente eccleſiam in *heinrichs* que morauice dicitur *Biteſche* et terciam de omni uino ſuo in morauia, de uillis ſub ſcriptis. ſcil. *Scalize*, et *Puzdran* et *Paulowiz* et *Nazeratize* cum plena decima trium uillarum uidel. *Cobile*, *Pawlowize*, et *Zajechi.*

Nos de pio et maturo conſilio prebentes noſtro aſsensu firmitatem donacioni eorundem, eandem ſcripti Noſtri pariter et ſigilli cum teſtium munimine uallo mandauimus roborari. Sunt autem hec nomina testium hujus rei ſcil. venerabilis dominus *Albertus* Ratisponen. Episcopus. et dominus *Cunradus* Episcopus et dominus *Albertus* Prepositus ſancti Petri de monte in *Bruna*, dominus *Pardus.* et *Twerdche* et *Sudomir* fratres. Item *Miliz* et *Slauibor* fratres. Item *Benes* Camerarius; et *Mylota* fratres. Item

Smil

Smil et *Chuno* et *Nicul* fratres Domini *Bozchonis*. *Jænzo de Doblin*, et nepotes ejusdem. *Nezamizel* et *Ratibor* fratres. *Bubuſche de Cowal.* et *Jan de Wiſchnov.* et *Matheus* fratres. *Paulus* et frater ejusdem *de Selechoviz.* Acta ſunt hec Brunne Anno gracie millesimo cc. quinquagesimo ſecundo. Indictione decima. (*Ex Orig. Archivi Zar.*)

Num. III.

Boczko Fundator condito Znoymæ XVII. Dec. A. 1255. *Teſtamento Zarenſi Monaſterio legat varia prædia, ſylvam. &c. &c.*

Nos Bothſcho dei gracia Comes Bernecensis et Caſtellanus Znoemenſis universis Chriſti fidelibus ad rei memoriam ſempiternam. Quoniam actiones hominum quamuis ſolempniter celebrate ſimul cum tempore procedente defluere conſueuerunt, et propter rerum et temporum incertos euentos finem quandoque proprium vix ſortiuntur. Neceſse igitur et congruum eſt, ut quæ ab memoria hominum decidere poſsunt et facillimè annullari. ſcriptis que ſunt indicium ueritatis et teſtibus perhennentur. Noscat igitur tam presens hominum etas quam in chriſto ſucceſsura poſteritas hos apices inſpectura. quod ego *Bothſcho graui infirmitate laborans*, viam uniuerse carnis ingreſsurus in remedium mee et parentum meorum animarum peccata mea elemoſinis redimens. fundacioni mee monaſterio Sancte marie uirginis Sanctique Nicolai *in Saarb* tale constitui testamentum de libera hereditate mea. de beneuolo uxoris mee et liberorum meorum conſilio et conſenſu. legans in primis *totam hereditatem*

meam

meam quam habeo juxta Civitatem Oppauiensem. scilicet: Milhoſtowizi et Pleſna villas et medietatem ville Pulſche. cum omni jure et attinentiis quibus ego poſsedi. Item *in confinio Brunnenſi Koſzberowe.* 1) *et Zelbuta* 2) *cum Barochia. Decima loco cenſus inſtituta cum judicio eciam* et omni jure et attinenciis quibus ego poſsedi. Item *apud Caſtrum Tarzlawiz* 3) *villam Hfrelawiz et in ea curiam cum duabus cultis araturis, cum equis Bubus, et vaccis et ouibus, et pecoribus Uniuerſis.* et omni iure et attinenciis quibus ego poſsedi. Addens hiis omnibus *totam equiciam meam quinquaginta et octo equas tam in iuuenibus quam ſenibus continentem.* absque omni divisione uel diminutione clauſtro integraliter aſsignandam. *Nemore* meo eciam *apud Brazla* quod de patrimonio me contigit eidem cenobio aſsignato ad ecclesiam inibi exſtruendam. Ut igitur hujus teſtamenti mei conſtitutio omnimodis dicti Cenobii mee fundacionis fratribus firma permaneat et illesa. preſentem cedulam exinde conſcribi et mei et fratrum meorum Zmilonis et Cononis sigillorum feci munimine roborari, conſtituens eosdem fratres meos loco mei prefate fundacionis promotores. Que omnia ſicut juſte facta ſunt. ſic ea habere uolo robur perpetue firmitatis. Sunt autem hec nomina teſtium hujus rei. ſcil. Dominus *Cunradus Abbas* et *Johannes* prior *de Saarb.* frater *Radich* et *Cothardus* ordinis minorum fratrum. *Zmil & Cono fratres Bothſchonis. Benes* filius *wockonis* Camerarius. *Bohuſche* filius *Ceronis. Chirninus. Hortwinus de Luczb. Ulricus de pilersberch. Ypolitus* et filius ejus *henricus de Othmicz. Blasius de primetiz. Bruno de schirnin. Dalebor de bonecowiz. Jurata* filius *Slawe. Oztoi de Raſchbitz. Petrus de Bonowiz. Petrus* et filius ejus *Pomenen de Ozeowe. Pſribislaus de Selchwiz. Kizech de stiniz. Petrus de Selezna. Jazcho* et filius ejus. *mazcho de Bobanschiz. Vitus*

de

de puzov. Rizcho de Schirnin. Srepolt de Stawicowiz. Woitbech de Bucowiz. Dietel de schaliz. martinus de sobebruch. & alii quam plures. Acta ſunt hec in Znoym. XVI. Kal. Januarij. verbi incarnati anno M. cc. Lv. Indictione XIII. (*Ex Orig. Archivi Zavens.*)

1) Koczerow vel Kutczerau. 2) Lhota. 3) Jozlowicze.

Num. IV.

Ottocarus Dominus Reg. Boh. Marchio Moraviæ Teſtamentum Boczkonis de An. præced. confirmat. A. 1256. die I. Januarii.

Ottacarus DEI gracia Dominus Regni Bohemie, Auſtrie Dux et Marchio Moravie omnibus in perpetuum.

Licet in genere cunctis chriſti fidelibus benefacere teneamur eis potiſsime teneri volumus et debemus, qui calcatis mundi deliciis deo conuerſacione laudabili famulantur. hinc eſt quod nos gratificamur cenobio fontis ſancte Marie virginis in *Saalr* a *Bothſchone* felicis memorie, dilecto fidele noſtro, gratam et ratam habentes, cujus tenor incipit et desinit in hec verba, Nos *Bothſcho* &c. *) ..... Unde ne super hac teſtamenti conſtitutione cuiquam in poſterum dubium oriatur fratribus dicti Cenobii in noſtram protectionem ac defensionem susceptis presens ſcriptum noſtre majeſtatis signaculo fecimus communiri. Teſtes autem hujus rei ſunt *Withigo de Novo Caſtro. Andreas de Praga. Rathmirus de Urienberg. Markardus de Donawiz. Benes et milotha fratres. Zmil & Cono fratres. Bohuſche & Hart-*

Hartmannus fratres, & alii quam plures. Actum verbi incarnati anno M. cc. L. vj. Indictione XIIIItia datum *in Bruna* per manum *arnold* notarii noſtri kalendis Januarij. (*Ex Copia Archiv. Z renſis.*)

*) Hic per extenſum refert Teſtamentum Num. III. recenſitum.

Num. V.

Zmilo de Luctenburch decimas ex argenti fodinis in Brode, Biela, Slappanitz et Priemislaviz inter tria Monaſteria, Sedlecenſe, Zarenſe, & Trebiczenſe diuidit. A. 1257. *die V. Novembris.*

Uniuerſis christi fidelibus, tam poſteris, quam præſentibus. *Zmilo de Luctenburcò* preſentes litteras perpetuo valituras. Dum uiuit littera uiuit et accio commiſsa littere nec aufferre poteſt accioni uitam obliuio, cujus memoriam preſens littera reducit ad vitam. Hanc obrem notum eſse uolumus uniuerſis preſentis pagine ſeriem inſpecturis. Quod nos inter gradus Ordinum Ciitercienſem ordinem ſpeciali fauoris intuitu proſequentes propter piam et continuam Officii diuini contemplacionem, tum propter veram ipſius Ordinis obſeruanciam, tum ob reuerenciam operum caritatis uidelicet hoſpitalitatis precipue et vere compaſsionis erga proximos, que in eodem ordine à Patrum ipsius Inſtitucionibus non quiescunt. Attendentes eciam conſultum & cautum eſse in hac uita tranſitoria tantum penitencie deputata curam gerere de futura. *decimas* omnium reddituum & proueutuum quos *de argenti fodinis* in *Brode*, *Biela*, *Slappaniz* & *Priemezlavez* 1) imo eciam ubicunque per om-

nes

nes partes hereditatis noſtre cultura montium fuerit, recipimus, vel heredes noſtri perceperint in futurum, cum aſsensu filii noſtri *Henrici* et fratris noſtri *Czaſtezlai* ordini præfato in eleemosynam erogamus. Aſsignantes terciam partem earundem decimarum Conuentui et fratribus de *Scedelitz* 2) terciam partem in *Trebisch* 3) et residuam terciam partem in *Sara*, ut ipsam de manu noſtra quamdiu vixerimus et ab heredum noſtrorum manibus postquam carnis debitum impleuerimus suscipiant annuatim. Speramus enim quod eorum approbata deuocio cum oracionum diligencia Deo grata non solum nobis sed etiam proauis et ſucceſsoribus noſtris eſse debeat interceſsio ſalutaris ad obtinendam veniam delictorum. Ne autem ſuper hac donacione noſtra imposterum ambiguitatis alicujus poſsit scrupulus exoriri præmemoratis Conuentibus hanc litteram conſcribi fecimus Nostri Sigilli munimine roboratam. Hujus rei teſtes ſunt Capellani noſtri *Henricus, Jacobus & Valentinus Bobuzlaus* Miles *de Chuchel, Jurſhik de Jenikow, Petrus de Zkrchlebe, Zacharias de Konitz, Maſsura de Vzthie, Laurentius de Ledetz, Bobuslaus de Boymann, Zulezlaus de Boyman, Beneda de Marquardicz, Petrus de Oſtirboe, Hous de Wietzemlitz, Radoſta de Tburkovicz, Gallus de Yporuitz, Marquardus de Cleſsitz, Lutherus de Zuchodol*, et alii quam plures. Datum in *Scedelitz* anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo . quinto die intrante Menſe Nouembri. (*Ex Orig. Archiv. Mon. Zar.*)

1) *Teutobroda, Biela, Schlapanicze* & *Pribislavia.*
2) *Sedlecenſe* Monaſterium Ordin. Ciſterc. in Bohemia.
3) Trebitſchenſe Benedictinorum Cœnobium.

Num.

Num. VI.

Bruno Episcopus Olomuc. collata per Testamentum Boczkonis prædia authoritate Dioceſana confirmat dd. 27. Januar. A. 1261.

Bruno dei gracia Episcopus Olomucensis Dilectis in christo *Henrico* Abbati et Conventui Monasterii in *Saabr* Cisterciensis ordinis Pragensis diocesis Salutem et sinceram in Domino charitatem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per Officii nostri Sollicitudinem ad effectum debitum perducatur. Cum igitur sicut vestra Nobis exhibita peticio continebat Nobilis vir bonæ memoriæ dominus *Bozko* olim Castellanus *in Znoiem* nostre Diocesis pium erga vos et monasterium vestrum deuocionis zelum gerens villas et possessiones alias in Nostra dioceſi vobis ac Monasterio vestro in remedium anime sue pia liberalitate cum omni iure ac attinentiis suis quemadmodum ipse possedisse dignoscitur contulerit perpetuo possidendas, quas propriis vocabulis exprimendas duximus sicut in ipsius litteris confectis exinde vobisque concessis vidimus plenius contineri videlicet *Milhostowizi*, et *Plezna* villas, et medietatem ville *Pulsche* juxta Ciuitatem Oppauiensem. Item in confinio Brunnensi *Kozberçwe* et *Elbuta*. Item apud Castrum *Jarslawiz* villam *Hfrelawiz* et in ea curiam cum duabus cultis araturis et Nemus apud *Brazla*. Nos vestris supplicacionibus fauorabiliter inclinati villas et possessiones easdem quas in nostra dioceſi proponitis vos habere sicut eas juste ac pacifice possidetis, vobis et propter vos Monasterio de *Saabr* Pragensis diocesis auctoritate presencium confirmamus, sub anáthematis interminacione di-

ſtrictius inhibentes ne quis hanc noſtram Confirmacionem preſumat infringere vel sibi auſu temerario contraire. Datum in Moderiz \vi. Kal. Februarij Anno domini M. cc. L. xi. (*Ex Origin. Archivi Monaſt. Zarensi.*)

Num. VII.

Zmilo de Luchtenburg cum conſenſu Conjugis & hæredum Monaſterio donat villam Cappil Bobrowa dd. XIV. April. A. 1262.

Nos *Zmilo* Dei gracia Dominus *de Luchtenburc* univerſis hoc ſcriptum inſpecturis in perpetuum. Cum in factis Mortalium nihil ſit quod viciſsitudinis non ſubiaceat paſsioni, caute res digne memoria commendantur litteris ut ex his emolumenti capiant firmamentum. Hinc eſt quod tenore preſentium perhenni conſtare uolumus notioni, quia diuina inſpiracione compuncti de conſensu et uoluntate Uxoris Noſtre *Elisabeth*, et adſtipulatione heredum noſtrorum ad honorem & gloriam Dei et intemerate matris ejus ex diſcuſsa deliberacione villam dictam *Cappil bobrowe*, *) quam dicte Uxoris noſtre de parte libere poſsidemus. Clauſtro dicto *Sar* Ciſterc. ord. Pragenſis Dioceſis cum omnibus ſuis pertinentiis, cultis et incultis, Siluis, pratis, paſcuis, piſcacionibus, venacionibus perpetuo contulimus poſsidendam. Vt autem hec noſtra donacio inconcuſsa et ſtabilis perseueret Litteras has dicto Clauſtro dedimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Actum Anno dni millesimo cc L xij. xviij. Kal. Maji. Teſtes huius rei ſunt ipsa domina *Eliſabeth de Luchtenburc* et filius ejus *Zmilo*, Dna *Eufemia*

Fun-

Fundatrix prædicti Clauſtri, Filii ejusdem *Zmilo* & *Gerhardus*, *Buslaus* Burcgravius in Luchtenburc. (*ex Orig. Archivi Monaſt. Zar.*)

*) *Bobrowa.*

Num. VIII.

Bruno *Epiſcopus Olom. litem inter Monaſterium & Rectorem Eccleſiæ Lauzanenſis circa jus in Bertholsdorf ortam componit per Abbatem Gradicenſem Judicem in cauſa delegatum. A.* 1263. *Die* IX. *Maii.*

Bruno Dei gracia *Olomucenſis* Eccleſie *Episcopus* una cum universitate Capituli ejusdem Eccleſie uniuerſis hec inſpecturis ſalutem in omnium Saluatore. Tenore presencium proteſtamur Nos tractatui composicionis & concordie inite inter Magistrum *Joannem* Rectorem Eccleſie in *Luzan* 1) noſtre dioceſis et Abbatem et Conventum *de Zabr* ord. Ciſterc. Pragenſis dioceſis super uilla et capella in *Bertolsdorff* 2) ad inſtanciam ejusdem Magistri *Joannis* auctoritatem et conſenſum noſtrum prehabito ſuper hoc discuſse deliberacionis conſilio cum effectu per omnia commodaſse ut eandem compositionem et concordiam quilibet Succeſſorum in Eccleſia *in Luzan* obseruare inuiolabiliter teneatur. Ita videlicet ut predictus Rector in *Luzan* et quilibet Succeſſorum ſuorum in poſterum Jus Parochiale in *Bertolsdorff* una cum poteſtate ordinacione et dominio capelle ibidem deinceps absque predictorum Abbatis & Conventus impeticione libere et inconcuſse poſsideant. Ipsi autem Abbas et Conventus nomine Monaſterii ſui in *Zabr* villam eandem cum universitate decimarum ſeu laneorum, et aliarum

quarumlibet obuencionum sine qualibet impeticione Rectorum in *Luzan* qui pro tempore fuerint retineant in quiete, prout hec et alia in instrumento exinde confecto sub sigillo *Gradicensis abbatis* 3) Judicis delegati et assessorum ipsius Mgri. *Stephani*, *Simonis* et *Alexij*, nec non ipsius Magistri *Joannis* Canonicorum Olomucensium euidentius continetur. 4) Volentes per hoc ut diximus eandem composicionem concorditer initam inter partes sic perpetuam & realem facere ut ad ejusdem Ecclesie Successores quoslibet extendatur. Ad cujus nostri consensûs et auctoritatis euidenciam presentem hanc cartam sigillorum nostrorum munimine placuit communiri. Hujus rei Testes sunt: *Bartholomeus* Decanus Olom. *Haydolfus* Archidiaconus Znoymensis, *Cunradus*, Canonici Olomucenses. Datum *Olomuz* Anno Domini Millesimo ducentesimo Sexagesimo tercio. vij. Idus Maji. (*Ex Orig. Archiv. Mon. Zarensi.*)

1) Nowawes vide Num. I. 2) Bluczina. 3) Robertus I. Abbas Gradicensis Ecclesiæ IX. 4) Instrumentum hoc desideratur.

Num. IX.

Ottakarus Rex Bohemiæ Monasterio concedit usum fructus ex montibus auriferis vel argentiferis, in Territorio Zarensi reperibilibus. dd. XII. Martii A. 1264.

Ottakarus Dei gracia Rex Bohemorum Dux Austrie et Styrie et Marchio Moravie Universis Judicibus Urburariis Procuratoribus et Montanis Montium suorum, graciam suam & omne bonum. Ex Regalis officii nostri debito uolentes unicuique et precipue Deo militantibus Jura sua illiba-

ta

ta ſeruare, gratanter admittimus et benigne quod Abbas et Eccleſia Fontis Sancte Marie *in Sar* ex integro percipiat Uſum et queſtum de aurifodinis et argentifodinis si que reperte fuerint in hereditate pertinente eisdem, quem ceteri clauſtrales et Nobiles terre noſtre in hereditate ſua ex dicto negocio percipere conſueuerunt, sub obtentu perſonarum et rerum diſtrictius inhibentes ne quis ipsorum impediat in premiſsis ſaluis tamen juribus noſtris que exinde nos contingunt. Datum in Igla *) Anno Domini M. cc. Lx. IV.to quarto Idus Martij. Regni noſtri Anno tercio. (*Ex orig. Arch. M. Zarenſ.*)

*) Iglavia.

Num. X.

Zmilo de Luchtenburch firmat et ratificat donatam à Bohuslao Burggravio ſuo, villam Slawkowitz de anno 1264.

NOs *Zmilo* DEi gratia Dominus *de Luchtenburch* una cum Uxore noſtra *Elisabeth* appellata et liberis noſtris. Univerſis chriſti fidelibus tam presentis etatis quam future succedentis poſteritatis in perpetuum. Que aguntur in tempore labuntur cum tempore nisi ſcriptis et teſtibus perhennentur. Noscat igitur tam presens etas quam futura poſteritas, has litteras inſpectura, quod Nobilis vir *Bohuslaus Burggravius* noſter *in Luchtenburch* et Uxor ſua divina inſpiracione compuncti de conſilio et voluntate unanimi ad honorem Dei altiſsimi et beatiſsime matris ejus habita deliberatione villam dictam *Slawkowitz* quam poſsident jure feudi ex parte Uxoris noſtre Eliſabeth, cum omnibus sibi Jure attinentiis cultis et incultis, ſiluis pratis, piscacionibus, venacionibus,

post mortem ſuam et Uxoris ſue Cenobio *Sar* appellato ordinis Ciſterc. Dioceſis Pragensis perpetuo contulerunt poſsidendam, ita tamen quodsi Uxor Marito defuncto denuo nupserit predictam villam omni occaſione ceſsante supra memoratum Cenobium pacifice poſsidebit, ſi autem vidua permanſerit, sine omni impedimento usque ad terminum vite ſue obtinebit. Ut autem hec donatio firma permaneat ſtabilisque perſeueret, Nos *Zmilo* cum Uxore noſtra ac liberis noſtris dictam villam cum suis attinentiis prefato Cenobio jure hereditario poſsidendam confirmamus, et ne super hoc ſcrupulositas aliqua valeat ſuboriri ad cautelam ſufficientem preſentes apices ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum ab Incarnacione Domini M. CC. sexagesimo quarto. (*Ex orig. Arch. Mon. Zarenſis.*)

Num. XI.

Zmilo de Luchtenburch donat Monaſterio Zarenſi Capellam in Chotieborz cum dote et decima telonii. dd. XXX. Nov. & II. Decemb. A. 1265.

Nos *Zmilo de Luchtenburch* Baro illuſtris Regis Bohemie omnibus preſentes inſpecturis ſalutem cum plenitudine omnis boni. Etſi zelum pietatis ad omnes equaliter extendere teneamur, ſpecialiter tamen amplioris pietatis, ac gracie prerogativa cenſemus dignos, quorum vita laudabilis ſecundum meritorum exigentiam ad hujusmodi pietatis et gracie inſignia efficit aptiores. Qua de cauſa Venerabilibus Viris Abbati & Capitulo *in Sar* ad honorem dei ac genitricis ejus cui militant in fama et converſatione laudabili ac honeſta, ex affectione

si-

sinera qua Venerabilem dominum *Winricum* Abbatem amplectimur et Capitulum dicti loci, *Capellam in Kotieborz* 1) *cum dote ejus, et decimam thelonei* ibidem pleno jure ac perfecta libertate ex deliberacione matura contulimus in remedium animarum progenitorum ac Succeſsorum noſtrorum et Noſtrum. In cujus rei teſtimonium presens inſtrumentum ſuper hoc confectum dari fecimus eisdem ſigilli noſtri charactere consignatum cum annotacione teſtium qui intererant ſubscriptorum. Qui ſunt hi: *Jacobus*, *Henricus*, *Styzlaus* Capellani noſtri, *Wernherus* dictus *Piſcator Judex in Broda*, et alii quam plures. Actum in *Sumirburch* 2) Anno M. cc. Lxv. in die B. Andree Apoſtoli, datum ibidem per manus Notarii noſtri *Gerlaci*, quarto nonas Decembris, indiccionis octave. (*ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

1) Chotieborz. 2) Sommersburg.

Num. XII.

Joannes Epiſcopus Pragenſis confirmat donationem Zmilonis, et indulget, ut ibidem ad Capellam duo vel tres Religiosi Ciſtercienſes reſidere ualeant. dd. XVI. April. A. 1267.

Joannes dei gracia *Pragenſis Episcopus*, Honorabilibus et religioſis Viris Abbati et Conventui *fontis Sancte Marie in Zar* ſalutem in Domino ſempiternam. Id re poſtulante, voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut deuocionis Sinceritas laudabiliter eniteſcat et utilitas poſtulata uires indubitanter aſsumat. Eapropter fratres in chriſto dilecti veſtris et Nobilis Viri *Zmilonis de Luchtenburch*

burch piis et racionabilibus precibus, inclinati, ut in bonis et dote Eccleſie *de Chotieborz* quam ipse Nobilis cum omnibus ſuis pertinenciis perpetuo poſſidendam pietatis intuitu donauit liberaliter et conceſsit vobis et Eccleſie veſtre, duos vel tres ordinis veſtri fratres continuè habere poſsitis, Preſbytero ſeculari qui Pārochianos ejusdem de *Chotieborz* Ecclesie in Adminiſtracione ſpiritualium una cum ipsis fratribus procurabit, tantum de premiſse dotis redditibus et poſseſsionibus aſsignantes, quod ſuſtentacionem ſufficientem habere et archidiaconalia jūra et Noſtra perſoluere valeat, tenore vobis preſentium indulgemus, donacionem predictam vobis et Eccleſie veſtre factam per *Zmilonem* Virum Nobilem predictum de prefata *de Chotieborz* Eccleſia et ipsius pertinenciis Univerſis auctoritate qua fungimur confirmantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre confirmacionis paginam & indulti qualibet temeritate infringere, aut eis auſu temerario contraire, alioquin quilibet, qui contrarium attemptare preſumpſerit, Excommunicationis ſententiam quam in his scriptis exigente juſticia proferimus ipso facto ſe nouerit incurriſse. In cujus rei memoriam et teſtimonium presens scriptum sigilli noſtri caractere fecimus inſigniri. Actum et datum Prage XVI. Kal. Maji. Anno Domini Milleſimo Ducentesimo ſexagesimo septimo. Indiccione decima, Pontificatus vero noſtri fauente diuina clemencia Anno Nono. (*Ex Orig. Archivi Monaſt. Zar.*)

Num.

Num. XIII.

Bruno *Episcopus* Olom. *plenas decimas quas Zara participabat per circuitum Bobrowæ, Zaræ, & Boczkonowæ, ratificat & confirmat* III. Octob. A. 1267.

BRUNO Dei gracia *Episcopus Olom.* Uniuersis christi fidelibus in perpetuum. Cum justis petencium desideriis facilem debeamus prebere consensum, Nos viri venerabilis et dilecti nobis in christo fratris *Winrici* abbatis Monasterii de *SAAR* ord. Cisterc. precibus inclinati, gratum habemus et ratum, quod dictum Monasterium ut plenius in ipso diuinum agatur obsequium, de bonis per Fundatorem suum bone memorie dominum *Bozkonem* sibi collatis videlicet per circuitum *de Boberowe, de Saar*, & de *Botzkonowe* plenas decimas percipiat annuatim, et hoc tam de bonis ipsi Monasterio plene pertinentibus, quam de bonis aliis heredum Fundatoris predicti, de quibus eciam minorando censum suum, plenas decimas pietatis et deuotionis intuitu Monasterio contulit prenotato. Hoc Nobis et successoribus nostris saluo, quod nihilominus decimales denarij juxta consuetudinem per nostram dioceſim diutius obseruatam, de predictis bonis omnibus, annis singulis persoluantur, et quod Ecclesie in ipsis bonis fundate ac fundande de nostro et Succesſorum nostrorum, siue archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit consilio sic dotentur, quod Rectores earum Jura Episcopalia persoluere ac congruam et honestam sustentacionem inde possit habere. In cuius rei testimonium & perpetuam firmitatem presens scriptum nostri et Capituli nostri sigillorum munimine fecimus roborari. Datum in *Planceke* *) quinto Nonas Octobris, Anno Dni. M. CC. LXvij. (*Ex Orig. Arch. M. Zarenſis.*)

*) Fortaſsis hodierno Blansko.

Num.

Num. XIV.

Guido tit. S. Laurent. in Lucina Cardinalis Sedis Apostol. Legatus confirmat Jus Patronatus Ecclesiæ in Chotieborz, et Residentiam fratrum Cistercienſium ibidem dd. Viennæ XIII. Maji A. 1268.

Frater *Guido* inspiratione divina titul. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Apostolice Sedis Legatus, Religiosis viris abbati et Conuentui Monasterii fontis Scte. Mariæ *in Sar* Cisterc. ord. Pragensis diocesis salutem in Domino. Justis petencium desideriis dignum est Nos facilem prebere consensum, et vota que à racionis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in christo vestris precibus fauorabiliter inclinati donacionem et concessionem Juris Patronatûs Ecclesie in *Chotenbork**) per nobilem uirum *Smilonem de Luhtenburk* vobis et Monasterio vestro per factas, nec non indulgentiam et concessionem quas concessit vobis Venerabilis pater *Johannes* dei gracia pragensis Episcopus, videlicet quod in dicta Ecclesia de *Chotenbork* tres fratres monasterii vestri continue habere posſitis, qui fratres parochianis ejusdem ecclesie cum uno presbitero seculari diuina officia ministrabunt, cui dicto presbitero seculari de redditibus et possessionibus dicte ecclesie tantum debet assignari, quod exinde uiuere, et jura Episcopalia et archidyaconalia persoluere ualeat, ratas et gratas habentes, prout iuste et rationabiliter facte sunt, auctoritate qua fungimur confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. datum Vienne III. Idus Maji. Pontificatus dni *Clementis* pp. quarti anno Tercio. (*Ex Orig. Arch. M. Zar.*)

*) Chotieborz.

Num.

Num. XV.

Zmilo de Luchtenburch villas Girzikowitz & Radniowitz, et poenas pecuniarias a ſubditis Zarenſibus in terris ſuis incurrendas Monaſterio donat, homines vero Zaræ ſubjectos, ab omni Telonio per Territorium ſuum ſoluendo liberat, & eximit dd. XIV. Februarii, Aò. 1269.

Nos *Zmilo* dictus de *Luchtenburch* una cum cariſsima Uxore noſtra *Eliſabeth*, uniuersis tam presenti etati, quam future poſteritati in perpetuum. Quæ geruntur in tempore labuntur cum tempore niſi ſcriptis et dictis teſtium perhènnentur. Hinc eſt quod tenore preſentium perhenni uolumus conſtare notioni, quia diuina inſpiracione compuncti de conſensu et voluntate Eliſabeth Uxoris noſtre et liberorum noſtrorum ad honorem ſummi dei et intemerate Matris ejus virginis gloriose, matura deliberacione prehabita, duas villas *Gursichowiz* 1) & *Radniow'z* uulgariter nuncupatas, sitas in Olomuc. dioceſi, clauſtro de *Sar* quod *fons Scte. Marie* intitulatur Ord. Ciſterc. pragenſis dioceſis cum omnibus ſuis attinenciis cultis et incultis, ſiluis, pratis, piscinis, piscationibus, venationibus, perpetuo contulimus poſsidendas, tali condicione, quod post mortem noſtram et Uxoris noſtre in anniverſariis de dictis villis fratribus in Conuentu quanto melius poterit miniſtretur, uolumus etiam ut ſi homines memorati clauſtri in quibuscunque noſtris hereditatibus qualicunque modo fore fecerint, de omnibus prouentibus et emendis, quæ nobis de ipsorum exceſsibus poſsent cedere et deriuari liberi ſint et absoluti, sed post latam ſentenciam, cum culpis ad dominum Abbatem pro suis demeritis puniendi. Concedimus nihilominus ut homines ſepedicti Clauſtri negociando hinc et inde ad omnes et per omnes civitates noſtras et villas forenſes libe-

re

re transeant et ab eisdem per officiales nostros nihilo minus exigatur. Ut autem hec nostra donacio et constitutio testamenti perpetuum firmitatis robur obtineat presens Instrumentum exinde confectum sigilli Nostri Munimine fecimus communiri. Hujus rei testes sunt Nobilis Vir dominus *Gallus* miles, et *Gurzich* 2) et Woytiech *milites*, Dominus *Jacobus* Sacerdos et Procurator, Dominus *Heynricus* Plebanus de *Zlapans*, *Gerlacus* Notarius et alii quam plures. Acta sunt hec Anno graciæ M. CC. sexagesimo nono. XVJ. Kal. Martii. (*Ex Orig. Archiv. M. Zarensf.*)

1) Nunc Girzikowicze. 2) Idem ac Cirik seu *Georgius*.

Num. XVI.

Bruno Episcopus Olom. arbitrium fert de jure Parochiali & decimis in Michelsdorff; orta quæstione inter Monasterium Zarense & Equites Templi dd. A. 1260.

Nos *Bruno* dei gracia Olomucensis Episcopus, Uniuersis notum facimus quod cum inter Venerabilem Virum dominum Abbatem *de Sar* et Conuentum ejus et *fratres Militiæ de Templo* questio verteretur et jam dudum agitata fuisset super jure Parochiali et decimis in *Michelsdorff*, tandem ad parcendum laboribus et expensis, placuit eis, Nobis tanquam arbitris committere totum factum, Nos consideratis circumstantiis huiusce eam terminavimus in hunc modum, quod Ecclesia in *Seqribe* 1) cujus jus patronatus spectat ad *fratres militiæ Templi* pleno jure gaudeat jure parochiali de villa *Michelsdorff*, et quod Ecclesia de *Cobelche* 2) cujus ius patronatus spectat ad Abbatem et Conventum

de

de Sar, tollat de sex laneis de prefata villa *Michelsdorff* decimas que dari consueuerunt, vel que dari contingeret procedente tempore de eisdem. Volumus etiam quod cum viginti lanei sint in *Michelsdorff* et non plures, determinentur sex lanei de eisdem, qui non de pejoribus sint, non de melioribus, de quibus Parochie de *Cobelche* predicte decime annis singulis exsoluantur. Hujus rei testes sunt, *Henricus* Plebanus *de Mognich*. *Joannes* Vicarius domini Episcopi, *Hugo* Vicarius Scti. Mauritii, *Cuno et Gebhardus* milites. Actum et datum in Kelch, Anno domini M. CC. sexagesimo nono, VIII. Kal. Novemb. Indictione XV. (*Ex Orig. Arch. M. Zarensis.*)

1) Skrie. 2) Kobily.

Num. XVII.

Bulla Gregorii Papæ X., qua recipit Monasterium Zarense cum bonis in protectionem B. B. Petri & Pauli, omnesque possessiones ejusdem confirmat dd. XXX. Julii. A. 1272.

Gregorius Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis, Abbati et Conuentui Monasterii *de Sar*, Ord. Cisterc. Pragensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia deuotos et humiles filios ex asuetæ pietatis officia propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum malitiis agitentur, eos tanquam pia Mater suæ protectionis munimine confouere. Eapropter dilecti in Domino filij vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas uestras et locum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis quæ in præsenciarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis prestante Do-

mi-

mino poterit adipisci, sub Beati *Petri* et Nostra protectione suscipimus. specialiter autem terras, possessiones, redditus, domos, et alia bona vestra, sicut ea omnia justè ac pacifice possidetis, vobis et per vos vestro Monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre proteccionis et confirmationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis Dei, et beatorum *Petri* et *Pauli* apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum apud Urbem veterem IIJ. Kal. Augusti Anno M. CC. LXXII. Pontificatus nostri anno Primo. (*Ex Originali Arch. Mon. Zarensis.*)

Num. XVIII.

Ottocarus Rex Boh. pœnas pecuniarias subditis Zarensibus imponendas, Monasterio cedit & concedit dd. Brunæ 4. Julii A. 1273.

Othakarus Dei gracia Rex Bohemie Dux Austrie, Styrie et Carinthie, Marchioque Moravie, Dominus Carniolie, marchie, Egre, ac portus naonis, omnibus in perpetuum. Dignum et justum est, et consentaneum rationi, ut quociens per suorum petitiones fidelium, que tamen ab equitatis tramite non discordent, Regia Majestas requiritur, eis annuens debeat sue benignitatis oculo arridere, eoque maxime, quo pia causa exigit, et merita postulant personarum. Inde est quod cum *Winricus* Abbas et Conuentus Monasterii in *Saar* nostre Celsitudini humiliter supplicarint, ut omnes culpas et mulctas

ſiue penas pecuniarias in quibus ipsius Monaſterii in *Saar*, homines per singulos Beneficiarios terrarum *Bohemie* et *Moravie* in judiciis legitime condempnantur, ipsi Monaſterio ad ſuſtentationem fratrum et Conventus ibidem ob Diuine retribucionis intuitum, largiri misericorditer dignaremur, Nos ipsius Abbatis et Conventus prefati Monaſterii fidem puram et deuotionem ſinceram conſiderantes, quam ad Noſtre gerunt Superheminentiam Dignitatis, plura etiam grata et utilia deuotionis obsequia que Nobis prestiterunt hactenus, prestant ad presens, et in futurum prestare poterint. attendentes, quin insuper ſolerti meditatione pietatis Actori hoc fore placiturum, pensantes dictorum Abbatis & Conuentus benigne precibus annuentes, ipsi Abbati et Conuentui prefati Monaſterii omnes culpas et mulctas siue penas pecuniarias in quibus homines ipsius Monaſterii per ſingulos Beneficiarios terrarum *Bohemie* et *Moravie* vel aliquos ex ipsis in Judicio fuerint condempnati, cum pietati conveniat presentis tenore priuilegii valituri perpetuo, pro meliorationē et ſubsidio Monaſterii prefati damus et concedimus ex certa noſtra conſcientia et de gracia ſpeciali, hoc expreſso et adiecto quod homines prelibati Monaſterii ad citationes Beneficiariorum noſtrorum judicio aſtare debeant et parere. Uniuersis Beneficiarijs Terrarum *Bohemie* et *Moravie* dantes diſtricte in mandatis quatenus a sepedictis Monaſterii hominibus, si qui per ipſos in aliqua pæna pecuniaria in judicio fuerint condempnati, nullam pecuniam exigere uel recipere audeant, sicut grauem indignationis Noſtre aculeum voluerint euitare. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo duraturum præsens Priuilegium fieri et ſigillis Majeſtatis noſtre juſsimus communiri. Actum *Brunne*. Anno dni. Millesimo ducentesimo septuagesimo tercio. quarto Nonas Julij. datum ibidem Anno et

die

die predictis per manum *Johannis* Aule noſtre Notarij. Coronationis noſtre Anno Undecimo, Indictionis prime. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zarenſ.*)

Num. XIX.

Agnes filia Boczkonis I. nupta Witigoni de Rodenbach donat Monaſterio tertiam partem villæ Tiſchan. &c. Aõ. 1277.

Nos *Agnes* filia domini *Boſchonis* Fundatoris *de Sar*, Uxor domini *Withichonis de Rodenbach* Uniuersis tam præſenti etati quam future in chriſto posteritati in perpetuum. Que geruntur in tempore labuntur cum tempore ni dictis teſtium et ſcriptis perhennentur. Hinc est quod tenore presencium perhenni conſtare volumus notioni, quia diuina inſpiracione compuncti de conſensu et voluntate chariſsimi Mariti noſtri et liberorum noſtrorum, et omnium amicorum, ad honorem Summi Dei, et intemerate matris ejus virginis gloriose, matura deliberacione prehabita, terciam partem ville *Tyſchan* *) vulgariter nuncupate in Olomucensi diocesi site, clauſtro dicto *Sar* quod *fons Sčte. Marie* intitulatur ordinis Ciſterciensis pragensis dioceſis perpetuo contulimus poſsidendam. Preterea ſi nobilis vir dominus *Withicho* maritus noſter predictam terciam ville redimere voluerit partem vel liberi nostri centum marcas dabunt et rehabebunt. Hujus rei teſtes ſunt nobilis vir dominus *Withicho* maritus noſter. Dominus *Gerhardus* frater noſter et domina *Eufemia* mater noſtra, et domino *Chunone* et filio ejus *Boſchone*. actum in Sar presentibus domino *Joanne* Abbate, *Heinrico* Priore. *Wernhero* Subpriore, et cellario *Wigberto* ejusdem loci. Ante omnia commendamus nos anima & corpore fratribus clauſtri

præ-

prænominati, volentes ut ubicunque extrema dies vitæ nos inuenerit, corpus defunctum noſtrum ad eundem locum mandandum ſepulturæ remota occaſione qualibet deferatur.

datum Anno domini M. CC. LXX. VIJ. Sub ſigillis domini *Witichonis* et domini *Gerhardi* predictorum. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zarenſis.*)

*) Tieſchany.

Num. XX.

Judices à Rege delegati, Kuczerow et Elhotam villas integrè Zaram pertinere pronunciant. dd. XXVI. Jan. A. 1278.

Archlibus Camerarius de Vetow, Bohuscho Mareſchalcus Terre *moravie* et *Scheborius* quondam filius *Egidy de Swebniz* Judices *à Sereniſſimo Rege Bohemie* delegati, Univerſis presens scriptum inspecturis ſalutem in Domino. Notum ſit omnibus hanc paginam visuris, quod Dominus *Joannes* abbas et Conuentus *de Sar*, ad inſtanciam duarum Sororum *de Malobwiz* (*Malowetz*) euocati coram nobis *in Caſtro Brunnensi* comparuêre predictis dominabus super dimidietate duarum villarum *Kocherow* 1) et *Elhota* 2) parati ſecundum juris ordinem reſpondere. que ſimiliter in Nostri Presentia conſtitute, quia de jure suo minnimè confidebant, ab actione hujusmodi de virorum prudentum conſilio penitus ceſsarunt. Ne ergo de predictis villis imposterum questio valeat ſuboriri, presentes conſcribi fecimus, et ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Hujus rei testes ſunt dominus *Chuno* Burggrauius *in Veuerj*, *Dn. Gerardus de Obersez*, *Hrabiſch*, *Hartmannus de Holenstein*, *Scheborius* & Dominus

Witko frater ejus. *Lupus de Plauz*, *Zbori* et *Laurentius* fratres ejusdem. *Wizemilus de Dobranz*. *Jaroslaus de Chuchniz*. *Jenzo de Nazmariz*. acta sunt hec anno domini M. CC. septuagesimo octauo, vij. kal. Februarii. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zarensis.*)

1) Kuczerau. 2) Lhota.

Num. XXI.

Fratres de Primislau convenerunt cum Monasterio circa metas & limites controversas. A. 1283.

Suboriri solet de gestis hominum multa calumnia, nisi bonorum Virorum robur adhibeatur, aut Scriptura, quapropter Nos *Hermannus* et *Schenko* fratres dicti *de Przemislabe* scire facimus Uniuersos presentium inspecturos, quod de bona voluntate et consensu optimo et fauore, et in remedium animarum nostrarum & Parentum, ab omni impeticione seu lite, quam ad metas seu terminos monasterii *Sce. Marie in Sar* habuimus, cessimus voluntarie tali pacto; quod eadem Ecclesia per nos et nostros successores ac heredes in ipsis metis siue terminis impeti nunquam debeat vel infestari, adjicientes ubicunque mortui fuerimus, vel ipsis fratribus ejusdem monasterii noster obitus fuerit denunciatus, juxta consuetudinem fratrum in ipsa Ecclesia eligimus sepeliri. Datum et actum *in Saar* Anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio,. Presentibus viris prouidis et discretis amicis nostris Karissimis. dominus *Hermannus de louchtenburch* dominus *Gerardus de Obers*, *Chuno de Chunenstat* et filii sui *Bosco* et *Bobuscus*, *Hrabisius de Bobrowa* et tres filii sui *Egidius*, *Scheborius* et *Nicolaus*, *Zmylo de Louchtenburch*, et *Ulricus* et *Remundus* fra-

fratres sui. *Witigo de Swabeniz* et duo filii sui *Bosco* et *Gerhardus Ludvicus de Medliz*, et alii quam plures fide digni. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XXII.

Wenceslaus II. Boh. Rex Jus Patronatus in Lauczano seu Bluczina Monasterio cedit. dd. Pragæ 7. Sept. A. 1284.

Wenceslaus Dei gracia Dominus et heres Regni Bohemie et Marchionatus Moravie. Inter curas continuas quibus aula pectoris nostri estuans agitatur, illud frequenter occurrit, qualiter anime olim Genitoris Nostri Domini *Ottakari* Inclyti Regis Bohemie felicis memorie accepti ope suffragii succurramus. Quod cum nullum tam efficax auxilium quam Eleemosynarum largitio et precipue locis religiosis in quibus pro defunctorum animabus oratur assidue prestita valeat reperiri, tenore presentis Priuilegii notum facimus uniuersis tam istius etatis hominibus quam future, quod nos pro remedio anime predicti Patris nostri Jus Patronatus quod habuimus vel habere potuimus in Ecclesia *Luchenz* *) Olomuc. diocesis abbati & Conuentui Monasterii *de Sar* et eorum Successoribus concessimus perpetuo possidendum. Volentes ut Abbas et Conuentus dicti Monasterij quicunque pro tempore fuerint, dictum Jus Patronatus habeant et possideant perpetuo pacifice, et quiete, et in ipsos ex certa sciencia nostra Jus omne ac dominium quod habemus uel habere possumus in ipso iure plenarie transferentes, ejusdem juris fiant veri domini et legitimi possessores. In cujus rei testimonium et robur firmiter valiturum presens Priuilegium fieri et sigillis nostris fecimus communiri. Datum *Prage*

per manus Magistri *Welizlai* Prothonotarii Regni nostri. anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, VII. Idus Septembris. xij. Indictionis. (*Ex Originali Archivi Mon. Zar.*)

*) *Lauczano* item *Bluczina.*

Num. XXIII.

Theodoricus Episcopus Olom. præcedens Priuilegium Wenceslai Regis super jure Patronatus in Luchenz vulgo Bluczina vidimauit et auctoritate Diocesana roborauit, dd. 13. Febr. A. 1286.

In Nomine Domini. Amen.

Theodoricus Dei gratia *Episcopus Olomucensis* Ecclesie Venerabili fratri Abbati et Conuentui Monasterij *de Sar* Cisterc. ordinis Pragensis diocesis in perpetuum. Serenissimi Principis Domini *Wenceslai* Regis Bohemie ac Marchionis Moravie gloriosi, Literas et Priuilegium vobis et vestro concessas liberaliter Monasterio, non cancellatas, non rasas, non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas salvis sigillis vidimus per omnia in hec verba: *Wenceslaus* Dei gracia Dominus & heres Regni Bohemiæ..... (Num. XXII.) Et quia cum à nobis quod justum est petitur et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem officii nostri debitum sortiatur effectum, Nos vestre devocionis racione nitentes, graciæ Dni. nostri Regis Bohemie clarissimi et Moravie Marchionis, vobis et Monasterio facte, affectu generoso, pium et gratum prebentes assensum, remedium et donacionem ipsius quoad Jus Patronatus Ecclesie in *Luchens* predicte. Nostri pro debito officii *Canonice* confirmamus. consensum et confirmacionem Nostros predictos, tenore presencium et sigilli munimine robo-

borantes. Datum *Brunne* anno dni. milleſimo ducenteſimo octuagesimo Sexto, Idibus februarii, per manum *Simonis* Notarii noſtri. (*ex Orig. Archivi Monaſt. Zar.*)

Num. XXIV.

Agnes de Schwabeniz filia Boczkonis fundatoris mediam partem villæ Chryczan seu Krzizanow Monaſterio donat dd. 12. *April. A.* 1287.

Nos *Agnes* dicta *de Swaweniz* Soror dni. *Gerardi de oberſecz*, Tenore presencium universis tam presentibus quam futuris patefacimus euidenter quod ob fauorem specialis Reuerencie pariter et amorem quem ad ordinem Ciſtercienſem gerimus firma mente, nec non et pro ſalute anime noſtre de conſensu beneuolo Domini *Wicigonis* dilecti Mariti noſtri seu filiorum noſtrorum mediam partem ville dicte *chrizano* *) quam justo ac hereditario poſsidemus titulo, Domino Abbati et Conuentui *fontis S. Marie Virginis de Sar* conferimus, donantes & confirmantes liberaliter post mortem noſtram jure proprietario quiete perpetuo poſsidendam. Ita tamen quodsi proceſsu temporis quisquam antedictorum filiorum noſtrorum predictam partem ville habere affectauerit, pro centum marcis examinati argenti redimendi eandem liberam habeat facultatem, prouentibus tamen medio tempore inde collectis dicte Ecclesie *Fontis Sce Marie in Sar* permanentibus inconcuſse. Et ne imposterum a quoquam amicorum noſtrorum per cujuscunque impetitionis seu cavillationis ſcrupulum hec noſtra tam ſolemnis donacio valeat infirmari,

presens scriptum cum subscriptorum Testibus et sigillorum Virorum istorum illustrium munimine *Gerardi de Obersecz*, *Wicigonis de Swawenz*, et *Zmilonis de Luchtenburch* prouide roboramus. Testes sunt *Boscho* filius *Cunonis*, *Ulmannus de Liechtenburg*, et *Romedius* frater ejus, *Boscho*, *Zeborius* et *Gerardus* filii Dni. *Wicigonis*, *Bous* & frater ejus *Hartmannus in Holenstein*, et alii quam plures. Datum Anno Dni. millesimo CC. LXXXVII. pridie Idus Aprilis. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

*) Hodie *Krzizanow*.

Num. XXV.

Gutta Regina Bohemiæ, Jus Patronatus in Ecclesia Luchens dicta Monasterio Zarensi à Wenceslao Rege marito suo collatum firmat. 20. *Janu. A.* 1288.

Gutta Dei gracia *Regina Bohemie*, Marchio Moravie. Donacionem Juris patronatus in Ecclesia dicta *Luchens* Olomuc. dioceſis quam dilectus Maritus noster *Wenceslaus* Rex Bohemie et Marchio Moravie pro remedio anime progenitoris sui felicis memorie Domini *Ottakari* quondam Inclyti Regis Bohemie Venerabilibus Viris abbati et Conuentui Monasterii *in Sar* Cisterc. ordinis ejusque Successoribus contulit manu liberalissima perpetuo possidendam; Nos ob reuerenciam Dei genitricis Marie quam speciali deuocione excolimus toto corde, ad voluntatem antedicti dilecti Mariti nostri predictis Venerabilibus viris abbati et Conuentui in *Sar* ipsum Jus Patronatus de Ecclesia sepedicta, una cum eodem Marito nostro conferimus scripto presentium liberaliter et maturè. Volentes ut dominus Abbas et Conventus dicti Monasterii quicunque pro tem-

pore fuerint, dictum Jus patronatus habeant et posi-deant perpetuo pacifice et quiete. Et in ipsos ex certa sciencia nostra Jus omne & dominium quod habemus vel habere posumus in ipso Jure plenariè transferentes, ejusdem Juris sint veri Domini et legitimi Posesores. In cujus rei testimonium presentem Litteram fieri jusimus, et sigilli nostri secreti munimine roborari. Datum *Prage* per manus Magistri *Friderici* Notarij Nostri Anno Domini M. CC. LXXXVIII. decimotercio Kal. Februarij.
(*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XXVI.

Testamentum Geraldi seu Gerardi de Obersex et Judith de Weltzburck Conthoralis ejus, quo de Vineis suis in Pawlowicz, Pauzdram, Zajeczy, Nasseratecz, et Syawslawez Monasterio tertiam partem legat A. 1289.

My Herald z Obrán y naymileyssy Zena panj Gitka z Welzpurku teygmi pissiny oswecżugem y wssem wedétj dawamj że pro Spasenj dussy nassich, y také predkuow nassych nassemu Zalozenj Klassteru swate Maryi w Zdaru Zakona Cystercenskeho wssych nassych Winic aczkteré mame a mély bychom potom, a nebo bychom gesté splodilj, y splodimj, w Pawlowicich, w Puzdranech, w Zageczim, w Nasseraczich, w Syawslawicich, wssecży Uzitky tych Winic, gakyssné dřiwe ginenowaly, o desatku na oprawu tych hor wina czoż by knam prislussylo, a nebo gakżkolew prisslo, treti Stranu, nebo Castku toho wina, nasse ustanownje Kostel swrchu gmenowany ma kaźde leto uźiwatj, a brati bez wsseho prekażenj, buducżich nassich y détj, aby nasse nadanj gim Bratrim dřiw gmenowaneho Klassstera bylo wecżne, stale y twrde, aby toho nassi dédicżowe russytj nemohly, nasse Lystj gym

dawami, naſſemy Pecetmi potwrzene, genż gſu dany w Crumlowe, Swedky wezpod gmenowany Pana Boczka z Bowiſſowicz, Pana Kunu Bratra geho, Woyſlawa purkrabé naſſeho z Crumlowa, Bertholda z Tykwicze, obecneho naſſeho pyſare. Farare kraginj Brodſke, a ginich naſſich wernich, Letha Boziho narozenj tiſicz dweſteho oſumdeſateho dewateho, w Nedeli pred Stim Martinem. Amen, amen, amen. Pane Boże pomoż mne. ita scriptum eſt in libro hoc.

Aſſaft urozeneho Pana Geralta z Obran y take Pana z Cunſtatu Wnuka Urozeneho Pana Boczka hrabite z Pernek a Pana z Cunſtatu, y geho Panj Bitky Manzelky geho, na deſatky winicz y Prawa tech hor w pawlowicich w puzdranech a ginich wſſech, gakoż to w lyſtu pſano ſtogj.

(*Ex vetuſtiſſima Copia vidimata in Arch. Mon. Zar.*)

Num. XXVII.

Agnes filia Boczkonis Iwi- etiam alteram medietatem villæ Krzizanow Monaſterio donat, Aº. 1290.

In Nomine Domini Amen.

Quc intuitu eternarum aguntur ne per obliuionis incuriam in irritum reuocentur ſed potius pietatis poſteris dent exemplum, neceſsarium eſt et perutile ut litterarum teſtimonio ſtabile recipiant fundamentum. Eapropter ego *Agnes* filia Domini ac Nobilis *Boſchonis* Fundatoris Monaſterii Fontis Scte. Marie *in Sar* ord. cist. Prag. dioc. Uxorque Domini *Witigonis de Lipa*, profiteor per presentes et ad notitiam univerſorum chriſti fidelium deuenire cupio, quibus fuerint preoſtense quod dum de futuris ſollicite meditarer, feruore pietatis accenſa, de bona uoluntate heredum meo-

rum

rum scilicet *Gerhardi* et *Zeborij* ac filiarum mearum *Hedwigis* et *Margarete* mediam partem ville mee dictam *Crysanc*, que totaliter ex dote me contingit, ob honorem gloriose Virginis Marie in remedium anime mee & meorum progenitorum, Monasterio contuli prenotato, solo usu fructuario mihi in ipsa villa pro vite mee tempore reseruato, sic quod cum viam carnis ingressa fuero universe, ex tunc ipsam mediam partem ville sepedicte, cum agris, pratis siluis, piscacionibus, curticulis, et omnibus attinenciis suis, omnique jure sibi competente, ut ipsa possedi Monasterium prefatum in perpetuum possidebit, pacifice et quiete, ita duntaxat quodsi aliquem heredum meorum uel dilectus Maritus meus *Witigo* dictam partem ville prefate exsoluere uoluerit, dabit Monasterio centum marcas puri argenti et rehabebit, omni contradictione remota. Vt autem hec donacio mea sine impeditione, impetitione, reuocacione, seu qualibet reclamacione inuiolabiliter perseueret, presentes litteras exinde confectas, mei sigilli volui munimine roborari. Datum in Brunna. apud S. Michaelem Anno M. CC. XC. undecimo Kal. Decembris Indiccionis Sexte. (*ex Orig. Archivi Mon. Zarenſ.*)

Num. XXVIII.

Wenceslaus Rex Bohemiæ, homines infra Krzizanow, Bobrowam et Neostadium possessionatos una cum Monasterio, cujus subditi fuerant, a judicio Beneficiariorum eximit, siue Zaræ, siue Miesteczii solum judicandos. dd. 14. Junii A. 1293.

WEnceslaus Dei gracia Rex Bohemie, Dux Cracovie et Sandomirie, Marchioque Mo-

ra-

ravie, omnibus in perpetuum. Sub rigore religionis omnipotenti Domino famulantibus liberalem fauoris noſtri graciam libenter impendimus, ut eo commodius, liberiusque Dominicis inſistant cultibus quo amplius a Secularium Judicum vexatione multiplici fierent liberi et soluti; Hinc eſt quod Nos Religiosos viros . . Abbatem et Coventum *Fontis Sčte. Marie de Sar* ordinis Ciſtercienſis, nec non homines commorantes in poſſeſſionibus ipsorum, sitis infra *Crisans*, *Bobrow*, *Novam Civitatem* et in circuitu jam dictorum oppidorum ac ipsum Monaſterium *de Sar*, a Judiciis provincialibus et Jurisdictione Beneficiariorum omnium tenore preſentium eximimus divine retributionis intuitu de gracia ſpeciali, ut nec Brunam, nec alias amodo pro cauſsis quibuslibet ad judicium terre debeant euocari quod tantummodo in ipso *Oppido de Sar* fore uolumus judicio ſubiectos; Volumus etiam ut homines illarum poſſeſſionum ipsorum que spectant in *Bohemiam* apud ipsum Monaſterium site in *Munchsperch* *) et non alias pro cauſsis quibuslibet judicentur. Quocirca mandamus Uniuersis Judicibus provincialibus ac Beneficiariis Bohemie et Moravie tam presentibus quam futuris Noſtre gracie pro obtentu, quatenus, quatenus nullus eorum predictos abbatem et Conventum ac homines siue pauperes, vel aliquem, siue aliquos eorundem pro quibuscunque cauſsis ad ſuum judicium euocare, citare, condempnare, vel in ipsorum poſſeſſionibus Judicio præsidere, ſeu aliquem loco ſui mittere presumat, Noſtre Regie Celſitudinis ingratitudinem, si quis secus presumpserit incurſurus. In cujus rei teſtimonium presentes fieri et sigillorum noſtrorum munimine fecimus liberaliter communiri. Datum *Prage* per manum magiſtri *Joannis Sacensis* propriam, Prothonotarij noſtri Moravie. Anno dni. millesimo

du-

ducentesimo nonagesimo tercio. VIIJ. Kal. Julij. Indiccione ſexta. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

*) Nunc Wognow Mieſtec.

Num. XXIX.

Domini de Pernſtein decimas vinearum in Medlow cum jure Montis ejusdem Monaſterio confirmant. A. 1293.

In Nomine Domini Amen. Quoniam karitatis eſt officium pijs locis salubriter prouidere, et eorum profectibus et promocionibus manum extendere adjutricem. Idcirco nos *Phyllippus* camerarius moravie, *Bohuzlaus* camerarius *pacſouiensis* provincie. *) et *yngramus* fratres dicti de *pernſteyn* ad noticiam preſencium et futurorum volumus deuenire, quod nos pro ſalute noſtra, ac Remedio progenitorum noſtrorum decimam de vinea quam eccleſia ſiue monaſterium *zar* habet *de medlow*, ad nos de jure pertinentem, ipsi monaſterio cum fructibus que nobis de jure montis ex parte ipsius vinee deriuari debebant, contulimus et donauimus, iure perpetuo poſsidendum, volentes ut nullus ſucceſsorum noſtrorum, dictam eccleſiam ſiue ejus Conuentum de hac decima et jure montis prefato monaſterio *zar* per nos rite conceſsis, et donatis, audeat aliquatenus moleſtare, Ita nichilominus diſtinquendo, ut ſi dicta vinea per Conventus negligenciam seu inprovisionem Remaneret inculta, per quod aliis vineis juxta contiguis, poſset graue dispendium generari, ex tunc eo jure, hujusmodi negligenciam corrigere volúmus, quo usa est vicinia ab antiquo, In cujus Rei teſtimonium presens ſcriptum conscribi fecimus, sigillorum noſtrorum

Ro-

Robore communitam, datum Anno dni. m. cc. xc. iij. proxima secunda feria post dominicam *invocauit*, Brune in colloquio generali. (*ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

*) Patschkovienſis provinc. in Sileſia.

Num. XXX.

Gerardus Moguntinensis Archi - Episcopus Jure metropolitano Jus Patronatus Ecclesiæ in Luchans confirmat Monaſterio Zarensi dd. V. Junii A. 1297.

Gerardus Dei gracia Sacre Moguntine Sedis Archi - Episcopus, Sacri Imp. per Germaniam Archi Cancellarius. Deuotis in chriſto Abbati et Conuentui Monachorum *in Sar* ordinis Ciſterc. Pragensis dioceſis et Provincie Moguntine ſalutem in Domino. Cum à nobis petitur quod justum eſt et vigor equitatis et ordo racionis exigit, ut id ad effectum perducere debeamus, Itaque deuotis uestris Nobis porrectis petitionibus inclinati collacionem Juris Patronatus Ecclesie Parochialis *in Luchans* olomucenſis Dioceſis Noſtre Provincie, quam nobilis Domina *Gutta* ſereniſsima Regina Bohemie, ac unionem Ecclesie memorate quam venerabilis in christo frater noſter Dnus. olomucenſis Ecclefie Episcopus veſtro Monaſterio feciſse dicuntur, sicut prouide ſunt et juste, ratas et gratas habentes, auctoritate metropolitana sub presencium Litterarum teſtimonio confirmamus. datum *Proge* Anno millesimo ducenteſimo nonagesimo ſeptimo, Nonas Junii. (*ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num.

Num. XXXI.

Theodoricus Episcopus Olom. confirmans Jus Patronatus in Blucina partem proventuum Ecclesiæ ejusdem, assignat in usus Monasterii conuertendam. dd. 20. Junii A. 1297.

Theodricus dei gracia *Episcopus olomucensis*, Universis presentem litteram inspecturis Salutem in domino sempiternam. Placens Deo abbatis et Conventus fratrum Monasterii *de Sar* Pragensis dioc. ord. Cister. Religio ubi divine gloria Majestatis, frequencia deuote laudis attolitur, et virtutum Domino pie vite studio deseruitur, nostrum excitat et inducit affectum, ut personas et locum ipsius Monasterii fauore beneuolo prosequentes, ea promotione debita procuremus, que ad relevacionem et profectum ipsorum plurimum opportuna noscuntur; Et quamvis de jure primeuo singularum Parochiarum prouentus, in usus necessarios Eccleſie proprie, cedere debeant, et stipendia Ministrorum. Quia tamen juxta responsum beati Hieronymi liberum est Clericis et Prelatis monachis et spiritualibus viris DEum timentibus et colentibus decimas et oblaciones cunctaque remedia, concedere et de Jure suo in judicium illorum et usum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem, quam Religionem attendere. Cum itaque jus patronatus Ecclesie in *Lucens* siue in *Blucina* Nostre dioceſis per Serenissimos Principes dominos Nostros Regem et Reginam Bohemie, Marchionemque Moravie, ad quos olim spectabat, jam pridem in Religiosos viros predictos abbatem et Conventum Monasterij de Sar prefati et in ipsum Monasterium rite et racionabiliter justo donacionis titulo sit translatum, idemque Monasterium multarum neceſsitatum et defectuum incommodis urgeatur, utpote cum ei pro tanto Collegio competenter non ſuppetant

fa-

facultates, Nos pio compaſsionis affectu volentes dicti monaſterii inopiam quibus modis poſsumus releuare, de voluntate et Conſilio Capituli noſtri olomuc. accedente nihilominus Conſensu et precum inſtancia predictorum Principum Regis et Regine Bohemie, quorum intereſse poterat in hac parte, interueniente etiam ſolemni tractatu qui in talibus fieri consueuit. Adjudicamus Parochialem Eccleſiam in *Lucens* siue *Blucina*, cum attinenciis uniuerſis, imo potius certam partem et portionem prouentuum et decimarum ejusdem Ecclesiæ Parochialis infra ſcriptam et diſtinctam eidem Abbati et Conventui, ac per eos, Monaſterio ſuo in perpetuos Usus præbendarum ſuarum donavimus, et donamus, conceſsimus et concedimus, tradidimus et tradimus, tenendam et pacificé poſsidendam. Hanc insuper conditionem in ipsa donacione noſtra adjicimus, ut ex nunc, cum eadem Parochia vacet ad præsens, vel cum impoſterum eam vacare contigerit Abbas et Conventus predicti, nobis deinceps et Succeſsoribus noſtris ad eam Sacerdotem idoneum clericum videlicet Secularem inſtituendum ibidem pro Vicario perpetuo presentent. Propterea ut de cetero nulla inter ipsos abbatem et Conventum ac inſtitutum Vicarium lis aut contencio de ſuis portionibus oriatur. Ipsius Monaſterii porcionem et partem Vicarii diſtinctas a Nobis racionabiliter et divisas presentibus duximus inſerendas ſub hoc modo et forma. Abbas et Conventus ejusdem Monaſterii *in Sar* debent habere Curiam dotalem et unum ortum olerum *) Item debent habere dimidiam decimam vini, itèm decimas majores plenas de quadraginta laneis; Vicarius autem reliquam partem bonorum et prouentuum ejusdem Ecclesie in *Lucens* habebit, videlicet quotidianum questum, dimidiam decimam vini, itèm decimas majores plenas de agris montanis. Itèm decimas omnes minu-

nutas. Insuper duos laneos et nouem curticulas dotales pleno Jure, Item molendinum dotale quod soluit quinque fertones. ad hæc abbas et Conuentus predicti *in Sar*, ipsi Vicario debent redimere infra festum proximum Paſchæ Purchret unius lanei dotalis pro curia informanda, etsi poſseſsor ejusdem lanei ipsum Purchret nimis earum exhibeat, tum alium equivalentem laneum, et Purchret in eadem villa rediment et acquirent per concambium dando laneum dotalem pro illo, qui deinceps dotalis erit et à quolibet alio Dominio liberatus, Ceterum ſi area ejusmodi dotalis lanei siue alterius per concambium acquisiti remota fuerit ab Ecclesia pro Curia Vicario inſtruenda, tunc ipse Vicarius per se ipsum redimet duas dotales areas seu Purgrecht, earum et perse Curiam informabit. Ceterum abbas et Conuentus prefati de parte portionis ſue ipsi Vicario in ſubsidium annuatim debent perſoluere et preſtare unum modium magnum Siliginis, alium tritici, et unum avene. Vicarius autem hospitalitatem servabit et jura Episcopalia et Archidiaconalia et alia quecunque perſoluturus. In cujus rei evidens teſtimonium et debitam firmitatem, presentes exinde confectas noſtro et Capituli noſtrì sigillis fecimus communiri. Datum in *Modrich* Anno dni. millesimo cc. nonagesimo ſeptimo, duodecimo Kalendas Julii. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

*) Hortum.

Num.

Num. XXXII.

Vlricus et Reymundus de Leuchtenburg fundant Hoſpitale pauperum in Monaſterio. 21. *Decemb. A.* 1303.

Nos *Vlricus* et *Reymundus* Fratres dicti *de Leuchtenburch* Vniversis christi fidelibus ad quos hoc scriptum peruenerit noticiam ſubscriptorum. Quoniam Dominus Jesus in Evangelio quod uni ex minimis factum fuerit, factum reputat ſibi ipsi, ideo nos Ipso aspirante non ſurdi Auditores Evangelii pro ſustentacione pauperum qui sibi derelicti ſunt, et in quibus ipse ſuscipitur, Hospitale *in Sar* fundare et conſtruere ac dotare intendimus, atque inibi pauperibus christi preſentis et temporalis, Nobis autem ultime ac eterne repausacionis loculum preparare, Itaque dno. *Arnoldo* venerabili abbati et Conventui *in Sar*, ut ipsum Hospitale ab ipsis conſtrui nomine noſtro valeat, damus villam noſtram *Ha nrichsdorff*, in ſubsidium cum omnibus attinenciis et prouentibus ſuis, uidelicet, agris, pratis, pascuis, et monte in quo olim minere argenti defoſse ſunt, seu quouis nomine cenſeantur, ac ipſam villam et montem cum omni jure, quod ad nos à progenitoribus noſtris pertinet transferrimus hereditariè in eosdem. Inſuper de equitia noſtra quod *gſtůtt* vulgariter dictum decimum poledrum annis singulis eisdem conferrimus, et tam de theloneo noſtro in *Chotibors* in presenti quam de montanis aut terris noſtris in futuro, ex tunc ut ex nunc, sicubi lucrum auri vel argenti effodiendi exortum fuerit, secundam decimam, novem videlicet precium, que nobis post decimam ipsis prius inibi datam remanserat, addimus omnia hec eorum uſui in perpetuum permanſura. Vt autem hec noſtra donacio Clauſtro et Conuentui *in Sar* perpetua perſeueret, hanc ipsis noſtre donacionis paginam in memorabi-

le

le Testimonium conferimus, utriusque noſtrum figillis efficacius roboratam. Teſtes nihilominus hujus rei ſunt, dnus *Zmilo de Oberses*, dnus *Beniko de Dlusin*, dnus *de Longavilla*, *Proschiko de Lipka*, *Rhosnata de Grenitz*, *Wanik Schidla de Znentz*, et alii quam plures fide digni viri. Actum et datum in Leuhtenburch. Anno dni millesimo ccc. Tercio, duodecimo Kal. Januarii. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zarens.*)

Num. XXXIII.

Reymundus de Leuhtenburch redimit medium Oppidi Bielæ
A. 1306.

Nos *Reymundus* dictus *à Leuhtenburch* in perpetuum fatemur et recognoscimus per presentes, quod vendito jam dudum per nos oppido nostro dicto *Biela* Honorabilibus et Religiosis viris dno *Arnoldo* Abbati et Conventui Monaſterii *in Sar* cum omnibus Juribus utilitatibus et pertinentiis ipsius oppidi, et omnibus quæ ex oppido ipso et pertinenciis ejus proueniebant tunc et prouenire potuiſsent quomodolibet infuturum, omnique Jure et dominio quod in ipso oppido nobis competebat vel competere potuiſset in ipsum Monaſterium hereditario jure translato, succedente postmodum tempore medietatem ipsius oppidi ab eodem Monaſterio reemimus tali conditione et forma: Quod Nos et Succeſsores noſtri et omnes cauſam ex nobis habentes oppidi ipſius medietatem cum omni Jure, honore, Jurisdictione et utilitate qualibet, que ratam medietatis ipsius contingunt vel ex ea poſsunt aliqualiter prouenire, habere, et tenere liberaliter debeamus; Ipsi vero Abbas et Conventus reliquam

medietatem oppidi ipsius contingunt vel ex ea possunt aliqualiter provenire, liberé et absolute habere debeant, quia nos ut præmisimus medietatem tantum oppidi ipsius reemimus reliqua medietate ex venditione nostra predicta in eorum jure et dominio omnimodo remanente. In cujus rei evidenciam et certitudinem sempiternam, presentes eisdem fratribus scribi et dari jussimus Nostri sigilli appensione roboratas cum testibus qui huic emptioni perhibent, testimonioque veritatis anotatis. Hi vero sunt Testes. *Dominus Zmilo de Obersez*, *Dnus. Bouscho de Luson*, dnus. *de Longavilla*, *Proschiko de Lipka*, et quam plures alii fide digni. actum et datum in *Brod* Anno dni. millesimo CCC. sexto. XIJ. Kal. Januarii. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zarens.*)

Num. XXXIV.

Joannes Rex Bohemiæ, Monasterium absoluit ab obligatione comparitionis coram Judicio Provinciali &c. 28. *Febr.* A. 1315.

Johannes dei gracia Bohemie & Polonie Rex, ac Lucenburgens. Comes. Omnibus in perpetuum. sub rigore Religionis omnipotenti domino famulantibus liberalem nostri fauoris graciam libenter impendimus, ut eó commodius liberiusque Diuinis insistant cultibus, quo ampliùs à Secularium Judicum vexacione multiplici fuerint liberi et soluti. Considerantes etenim ipsorum famulorum dei columbinam simplicitatem, per quorumdam secularium hominum volpinam astutiam in negociis quibuslibet atque causis sepius multipliciter defraudari, ipsorum simplicitati succurrere justum pium et necessarium judicauimus ex plenitudine Regie Majesta-

statis. Viros igitur Religiosos . . Abbatem et Conventum Monasterii de *Sar* Ordinis Cisterciensis nec non homines commorantes in possessionibus ipsorum, a potestate et jurisdictione Beneficiariorum nostrorum et Judicum tam Provincialium quam eciam civitatum quarumlibet Regni nostri ex toto eximimus et absoluimus divine retribucionis intuitu de gracia speciali; ita ut non *Brunam*, non alias ad quæcunque judicia pro causis aut culpis quibuscunque debeant amodo euocari, sed omnes culpæ siue causæ paruæ aut magnæ quocunque nomine censeantur, quas quicunque hominum contra predictos viros Religiosos abbatem et Conuentum *Zarensem* et ipsorum homines prætendere poterint aut voluerint in ipsorum possessionibus per Judices et Juratos ab Abbate et Conventu sepedictis constitutos vel constituendos imposterum, judicentur; Volumus etiam et mandamus et singularis gracie Priuilegio indulgemus ut Abbas, fratres et homines Monasterii sepedicti in Civitatibus in villis aut in locis forensibus quibuscunque non debeant arrestari, detineri, impignorari, capi vel quomodolibet fatigari, pro debitis dumtaxat, nisi forte justicia ab abbate eodem, aut à suis Judicibus convenienter requisita fuerit, et negata. Hujusmodi autem exemptionis, absolucionis et libertatis graciam habere volumus robur perpetue firmitatis, non obstantibus scriptis, Juribus, priuilegiis aut consuetudinibus quibuscunque, per que vel per quas hujusmodi gracia valeat quomodolibet impediri, libertatibus nihilominus et priuilegiis sepedictis viris religiosis a Dive memorie nostris Predecessoribus Regibus Bohemie concessis, in sua permanentibus firmitate. Mandamus igitur universis Judicibus et Beneficiariis Moravie & Bohemie tam presentibus quam futuris quatenus nullus eorum sepe dictos abbatem ac Conventum homines siue pauperes, ali-

quem vel aliquos eorumdem pro quibuscunque causis ad ſuum Judicium evocare, citare, condempnare seu judicare præſumant Regie Celsitudinis ingratitudinem si quis ſecus preſumpserit incurſurus. Et nihilominus quidcunque per eosdem Beneficiarios aut Judices noſtros contra predictam libertatis graciam attemptatum fuerit, in gravamen ſæpe dicti Monaſterii ſit irritum et inane. In quorum Teſtimonium et robur perpetuo valiturum, preſentes litteras fieri et ſigillorum noſtrorum munimine fecimus liberaliter communiri. Datum *Brune* Anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo ij. Kał. Marcij, Regnorum vero Noſtrorum Anno quinto. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zarens.*)

Num. XXXV.

Conradus Episcopus Olom. teſtatur à Joanne de Mesricz et Conjuge ejus Monaſterio donatum fuiſse dimidium quintum laneum cum duabus curticulis in Pyrbaums, item villam Sezomin cum molendino &c. 1317.

Nos *Conradus* Dei gracia *Episcopus olomuc.* Notum facimus cunctis hanc litteram inſpecturis. Quod Dominus *Johannes de Meſirsiecz* *) Burgrauius Brunenſis, Olomucenſis Camerarius cum Uxore ſua Domina *Jutha* et cum pueris eorum, maturo conſilio, et ſpontanea voluntate in villa que *pyrpaums* dicitur, dimidium quintum laneum cum duabus curticulis. Qui lanei et curticule ſoluuntur de uno cenſu minus dimidio fertone annis singulis octo marcarum. Hunc cenſum jam dictum dederunt Religiosis *in Sar* fratribus et devotis, propter animas ipsorum & anteceſsorum eorum, in honorem Cenobii ibidem *in Sar* Beate Virginis glo-

rioſe

rioſe precipue propter Deum, taliter quod predicti fratres *de Sar* ſibi emant pro hoc cenſu omni anno duos Huſiones, unum Huſionem cum fratribus Conventualibus in Adventu Domini expendentes, et quod ſecundum Huſionem eisdem fratribus ad Conventum ad Quadragesimam adaptarent. Insuper pretactus Dnus *Johannes de Mesirsietz* cum Uxore ſua et liberis eorum, sepe dictis fratribus contulerunt propter animas eorum, ceu ſuperius est notatum, villam que *Sezemin* **) dicitur, cum Molendino, et cum omnibus pertinenciis ad hanc villam libere et hereditarie ſine omni impedimento perhenniter poſsidendam. In qua villa sunt duodecim lanei de uno cenſum mediam quartam marcam annis ſingulis perſoluentes, Hoc etiam eis dederunt, ut omni anno duo vasa vini pro his denariis sibi emant unum vas vini ad Conventum fratribus pro aduentu Domini porrigentes, et quod secundum vas vini sepe dictis fratribus ad Conventum ad quadragesimale Jejunium conſeruarent. Hunc cenſum sepedictum in poſterum ad alios uſus eorum non fratribus ceu scriptum est superius nullatenus convertentes. Ut ipsi multoties prelibati per hoc ſolatium in corpore roborati queant fortiores exiſtentes pro peccatis eorum deuotiori modo Laudes cantare cum divinis oracionibus omnium Plaſmatori. Nos *Conradum* olom. Episcopum pretactum Dnus *Johannes de Mesirsietz*, Reuerendus dnus *Hinricus* Abbas, *Gotfridus* Cellarius, et *Conradus* Confeſsor *Myſsnensis* Totusque Conuentus fratrum monaſterii ſupra dicti suppliciter rogauerunt, ut eis eorum ordinacionem sinceriter firmaremus. ad quorum peticionem inclinati, quicunque ex fratribus illum cénſum eis aliam ad utilitatem quam fratribus ad Conventum sicut dictum eſt ſuperius voluerint uſurpare, tam presentes quam futuros fratres ejusdem domus, tam illos presentes quam fu-

turos qui ab eis hunc cenſum per injusticiam voluerint remouere, illos omnes transgreſsores auctoritate noſtra qua fungimur excommunicamus. Principaliter auctoritate omnium Satoris. In Cujus rei teſtimonium ne hanc ordinacionem aliqua calumnia poſsit imposterum impedire, hanc Litteram scribere fecimus, sigillorum noſtrorum et dni *Johannis de Mesirsietz* et Abbatis de Sar munimine roboratam, Datum *in Meſirzietz*, Anno dni millesimo Trecenteſimo Septimodecimo, In die Sancti Benedicti Abbatis. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

*) *Magno Mesriczium* propè Zaram.
**) *Sazomin.*

Num. XXXVI.

Henricus de Lipa, confirmat omnes donaciones a ſuis Majoribus in fauorem Monaſterii factas 28. *Febr. A.* 1322.

Nos *Henricus de Lipa* Regni Bohemie ſummus Marſchalcus Moravie Capitaneus ad uniuerſorum noticiam in perpetuum uolumus devenire, quod cum monaſterium *in Sar* Beate *Marie* genitricis dei fratrum ordinis Ciſterc. per predeceſsores noſtros dominos videlicet *de oberses* fundatum et precipue per dnum *Gerhardum* et *Zmylonem* filium ejus pie recordacionis de *Oberſes* quibusdam bonis, juribus et graciis ſpecialibus fauorabiliter fuerit dotatum, Nos qui primus de noſtra genealogia predictis dominis ex diuina promocione bonis ſucceſsimus in eisdem ob reuerenciam omnipotentis dei et gloriose virginis *Marie* genitricis ipsius dei omnia bona, jura siue priuilegia . . predicto Monaſterio . . . abbati et Conventui ibidem DEo ſeruientibus

tibus per predictos dominos *Gerghardum*, *Smylonem* aut ipsorum progenitores vel quoscunque alios data, indulta siue donata, ac gracias eis quomodocunque concessas ex tunc ratificamus, et ratificando presentibus confirmamus, volentes ut heredes siue successores nostri contra predicta omnia vel singula *nichil debeant in perpetuum* atemptare, prout et nos facturos promittimus, et testimonio presencium obligamus. In cujus rei testimonium has patentes Litteras scribi, et nostro sigillo communiri fecimus, perpetuo valituras, Datum *in Broda Theutonicali*, Anno domini millesimo Trecentesimo vicesimo secundo, Pridie kalendas Marcij. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zaren.*)

Num. XXXVII.

Henricus de Luchtenburch confirmat Monasterio Jus Patronatus in Chotieborz. dd. 21. *Maji A.* 1323.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis christi fidelibus presencia inspecturis . . Nos *Henricus de Luchtenburch* Baro illustris . . . Regis boemie salutem in domino. Ea que pietatis intuitu et maxime religiosis viris et piis locis liberaliter conferuntur, scripturarum munimine conuenit roborari, labente quippe tempore posent gesta seu beneficia mortalium in statu suo debito periclitari, ni studiosis apicibus contingeret perhennari. Ideoque ad universorum noticiam veriorem tam presencium quam futurorum expresse cupimus deuenire, quod nos omnem donacionem graciam ac libertatem una cum Ecclesia *in Kotyburs* cum omni suo jure que singula nostri progenitores in remedia animarum suarum, ac memoriam sempiternam Monasterio

fontis Sancte Marie Virginis in Sar contulerunt prout in priuilegiis ſuper hujusmodi confectis plenius continetur pure et ſimpliciter propter deum ac ob ſalutem anime noſtre ac ſucceſsorum noſtrorum tenore presencium fideliter confirmamus presentibus viris ſtrenuis, dno *Jeſkone* ac *haynmanno* fratribus dictis *Cruyſſin* *) et Perſybkone et Budyſlao militibus ac alijs quam pluribus fide dignis, in cujus rei perpetuam firmitatem presentes munimine noſtri ſigilli duximus roborandas, datum in *Luchtenburch* anno ..ni M. CCC. XXIIJ. XIJ. Kal. Junij. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

*) Kruſsina de Leuchtenburg.

Num. XXXVIII.

Henricus de Luchtenburch confirmat Monaſterio quintam partem Telonii in Chotieborz, et Bernam in villa Heinrichsdorff. A. 1323.

Nos *Henricus de Luchtenburch* tenore presencium omnibus quorum interest, aut intereſse poterit cupimus fore notum quod pias donaciones quinte partis thelonei in *Kotibors*, Exactionem regalem que dicitur Berna *in villa Hainrichsdorff* cum ejusdem ville proprietate sub jure quo dilecti noſtri pie recordacionis Pater noster *Vlricus* nec non frater noſter dictus *Zmylo de Luchtenburch* in remedium anime ſue Ecclesie in *Saar* Ord. Ciſterc. liberaliter elargiti ſunt, ueluti eorum Privilegia publice profitentur, nos infirmare ſeu violare nullatenus cupientes, sed multo fortius eandem donacionem in quantum noſtra intereſt ratificare et confirmare, precipientes in his scriptis noſtris officiatis

tis qui pro tempore fuerint sub obtentu gracie nostre, ne predictam Ecclesiam *Saar* in libertate predictarum donacionum inquietare aliqualiter audeant vel presumant, Et in hujus ratificacionis euidentiam presens scriptum nostro sub sigillo predicte Ecclesie duximus condonandum. Datum anno dni M. CCC. xxiij. pridie Kal. Septembris. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XXXIX.

Henricus de Luchtenburch testatur se vendidisse dimidium laneum in Heinrichsdorff fratribus de Pernstein, qui eundem Monasterio pro conseruatione luminum consignassent. A. 1326.

In Nomine Domini Amen. Quoniam oblivione que mater est erroris actus Mortalium destruuntur, consilium Sapientum decretum est, ut litterarum et testium testimonio roborarentur. Quapropter universis christi fidelibus ad quorum intuitum presentes peruenerint debet esse notum. Quod ego *Henricus* de Leuchtenburch vendidi animo deliberato alterum dimidium laneum in Hainrichsdorff cum omni jure quod habui Fratri *Joanni* *) et suis germanis *Robysio* et *Phylippo* pro quinque Sexagenis. Et hec vendicio facta est in presencia dni *Nicolai* Abbatis in *Zar*, et coram dno *Henrico de Leuchtenburch* et dno. *Robysio*, qui inferius pro testibus locabuntur. Ideo noverint Universi, quod nos *Henricus de Leuchtenburch* in remissionem peccatorum nostrorum, et specialiter predecessorum nostrorum ob respectum quidquid in predictis laneis habuimus Juris hereditarie possessionis, Monasterii prouidentes utilitati officiorum hoc contulimus animo

mo deliberato cuſtodie *in Sar* perpetuo poſsidendum, qui prefati fratres prenotatum alterum dimidium laneum in ſubsidium prehabite cuſtodie uidelicet luminum emerunt, majis inclinati fuimus eorumdem donacionem noſtra donacione liberius confirmare. Volumus etiam ut redditus pretaxati alterius dimidii lanei, ob respectum noſtri fauoris a nullo abbate in perpetuum in nullum uſum preter in ſepe dicte cuſtodie redigatur. Teſtes sunt Dnus *Nicolaus* abbas *in Sar*. dnus *Robyſsius* et Dnus *Phylippus de Pernſteyn* et ceteri fide digni. In hujus rei testimonium preſentes noſtrorum sigillorum munimine roboramus. datum *in Sar* Anno dni M. CCC. XXVJ. Septimo Idus Marcij. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zar.*)

*) Hunc Monachum fuiſse zarenſem chartæ vetuſtæ narrant.

Num. XL.

Teſtimonium Magiſtratus Montis Kutne, ſupra unam quartam Schichtæ, ex qua Monaſterium decimas participabat, absque prejudicio venditam A. 1327.

Nos *Hermannus Judex* nec non P.. *lmus Ekhardi et hermannus de Cornu* magiſtri Juratorum, ſimulque *Wilmannus, Engelbertus, Reinmannus, chuntzmannus de Morſpach, Martinus Noſel, Andreas Claricy, Syfridus de bachenberch*, et *Guntherus Groſman nominatus*, ceterique jurati montis *Kutne* Recognoscimus Uniuerſis tam presentibus quam futuris, quod nobiles viri domini *Joſco* et *Heymannus* fratres dicti *Kruſchin de Leuchtenburch* qui unam quartam partem unius ſchichte, que ſedecima pars dicitur montium quam in nona parte fabrili in orto humili nobiſcum in kuccis habere dinoſcuntur

diſcre-

diſcreto viro ac provido *Reimbotoni Notario* Concivi noſtro pro quinquaginta duabus ſexagenis groſsi Pragenſium denariorum coram nobis rite ac racionabiliter vendiderunt tenendam et utifruendam cum omnibus ſuis proventibus atque lucris pro et omnibus ſuis heredibus ſeu ſucceſsoribus Uniuerſis exemptam et omnino liberam à decima parte, quam de ipsa integra ſchichta hucusque dare et perſoluere vltra expenſas ibidem faciendas Religiosis Viris abbati et Conventui Monaſterii *Fontis ſcte Marie virginis in sar* ord. Ciſterc. ex vero patrimonio conſueuerunt, et tribuere Jure hereditario ſunt aſtricti, Ipsi abbati et Conuentui predicti Monaſterii de predictis aliis ſuis tribus Sedecimis partibus ejusdem Schichte None partis prelibate, quas adhuc ibidem retinent plenam ac perfectam decimam que de una integra Schichta ultra expenſas vt premiſsum eſt poterit derivari ipsi domini et univerſi eorum ſucceſsores ſingulis ſeptimanis ſine omni retentione ſeu occupacione aliqua debeant persoluere pleno jure promittentes et ſpondentes coram nobis publice sine doli capcione, cujuslibet fide data, quod ipsi et univerſi eorum ſucceſsores nunquam aliquo temporis interuallo prefatam decimam abbati et conventui predicti Monaſterii debeant diminuere, nec auferre occaſione ſibi aliqua ſuffragante. In cujus rei teſtimonium et robur perpetuo valiturum preſentes sigilli nostri fecimus munimine roborari, Actum et datum *in Kutna*, Anno dni millesimo Trecentesimo vicesimoſeptimo, In feſto ſancte Lucie virginis. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLI.

Johannes Dominus in Mezritz donat Monaſterio villam Trautmansdorff una cum Jure Patronatus Ecclesiæ ibidem A. 1330.

In Nomine domini amen. Nos *Johannes de Mezritz* ad univerſorum notitiam volumus in perpetuum peruenire, quod quia divinitus nobis inspiratum advertentes ſolum eos fore felices qui pro operibus miſericordiæ ſalutari viciſsitudine repensantur ſentientes, quod tempore nouiſsimi iudicii non precum, sed tantum Juſticie patet locus. Quare anime noſtre de perpetuo et ſalubri remedio ex temporalibus cupientes prouidere ſempiterna. Igitur deliberatione prematura et consilio noſtrorum amicorum accedente pariter et conſensu viginti laneos et curiam cum quatuor laneis in majori villa que volgariter *Trautmannsdorf* nuncupatur ſita juxta *Pawlowize* cum Jure Patronatus Ecclesie ibidem. Judicium, prata, vineas cultas et adhuc in futurum exſtruendas, ſiue colendas, et cum aliis juribus, pertinenciis atque utilitatibus intus et foris prouenientibus, quocunque etiam nomine cenſentur, sicut jam dicta bona rite et racionabiliter Jure hereditario nobis ex nouo reemimus, quæ noſtra fuerunt quondam aput *Henricum de Hermaniz* filium ſororis noſtre pro centum marcis moravici pagamenti, ita sincero corde et pura deuocione ad honorem omnipotentis dei et ſue genitricis *Marie* virginis gloriose et preclari confeſsoris *S. Nicolai*, viris religiosis dno *Conrado* abbati *in Sar* suisque ſucceſsoribus confratribus ejusdem monaſterii damus et offerimus principaliter propter deum pacificè et quiete poſsidenda perpetuo, nichil juris aut dominii nobis neque noſtris posteris in prenotatis bonis reſervantes, sed omnem jurisdictionem ſiue proprietatem in ſepedictos fratres transferimus

in-

integraliter et ex toto. Nichilominus aſserentes eos habere verum Jus poſsidendi, vendendi alienandi faciendique de tam sepedictis bonis quidcunque eorum placuerit voluntati, sciendum quoque quod nullus heredum noſtrorum neque eorum poſteri, amicorumque noſtrorum linea conſanguinitatis aut affinitatis nobis coniunctus quomodocunque, illos tam sepedictos fratres unquam queat a prenotatis laneis siue bonis, curticulis que sunt quatuordecim, et a quibuslibet aliis ad ea prefata pertinentibus, per aliquam impeticionem, atque pecuniam ſeparare. Ut igitur hujus donacionis et conſtitutionis teſtamentum, robor perpetuum habeat firmitatis, etiam ſicut hec donacio juste facta est, sic etiam contra omnium hominum malignitatem habere uolumus ſtabilem firmitatem. In hujus rei testimonium presentem paginam perpetuo valituram noſtri sigilli robore nec non iſtorum nobilium dominorum sigillorum appensione duximus consignandam. Testes per appositionem ſigillorum ſuorum ſunt hy, dnus *Henricus de Lippa* Capitan. Sereniſsimi Regis Bohemie Summusque Marſchalcus. dnus *Johannes de Lippa* Capitaneus Moravie, dnus *Hartlibus* Camerarius, dnus *Johannes de Crahyn*, dnus. *Gerhardus de Kunstatt*, dnus *Poco de Wildenberch*, dnus *Zmilo de Premiſlawia*, et alii plures fide digni. Datum et actum *Brune* tempore placiti generalis. anno dni M. CCC. XXX. Sexto kalendas Februarij. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLII.

Joannes Rex Bohemiæ vetat ne Burggrauii in Leuchtenburch infeſtent Privilegia Monaſterii A. 1331.

Joannes Dei gracia Bohemie et Polonie Rex ac Lucemburgens. Comes. fideli ſuo dilecto *Stepha-*

phano Terræ notario pro hac vice Purgravio in *Leuchtenburch* seu illi qui pro tempore ibidem fuerit Purgravius graciam suam et omne bonum. Vidimus literas deuotorum nobis . . abbatis et Conventus Monasterii *Fontis Sancte Marie in Sar* et perspeximus illas, et universas gracias eidem Monasterio, per quondam pie recordacionis Nobiles *de Leuchtenburch* factas suis litteris roboratas, considerauimus diligenter, circa quas et nos in remedium anime nostre, cum id pium fuerit et deificum irrevocabiliter aput vigorem earum volumus permanere, precipimus et mandamus tibi firmiter et expresse omnino, volentes quatenus prefatos Abbatem et Conventum circa omnia ea que ut premititur ipsis per dictos de leuchtenburch data concessa et indulta sunt eo tempore quo Castrum ipsum in eorum erat potestate, remanere permittens nec eis aliquam violenciam gravamen seu molestiam contra ea ullo unquam tempore inferas, prout indignacionem Regiam cupiveris deuitare, harum nostrarum testimonio literarum. datum *Crudym* anno dni millesimo Trecentesimo Tricesimo primo feria tercia ante festum Scti mathei apostoli et evangeliste proxima.
(*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLIII.

Joannes Bohemiæ Rex eximit Monasterium a solutione Bernæ Regalis de bonis infra spatium trium milliarium circa claustrum sitis. Aô. 1331.

Nos *Joannes* Dei gratia Bohemie et Polonie Rex ac Lucemburgens. Comes, ad uniuersorum tam jam superstitum quam in antea futurorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod

affe-

affectantes Religiosorum virorum Abbatis et Conventus Monasterii *in Zar* ord. Cisterc. quod vocabulo Sancte *Marie* virginis insignitur in salutis nostre augmentum et heredum ac successorum nostrorum pio remedio utilitatibus commodis et profectibus intendere operose nos ipsis qui iam aliquamdiu per plura incommoda nimium sunt afflicti, ut deinceps sub felici nostro Regimine respirare et Omnipotenti DEO eo commodius et peramplius famulari valeant, hanc gratiam duximus faciendam, ita videlicet quod ex omnibus bonis eorum circumcirca Monasterium ipsum infra trium milliarium spacium sitis nullam generalem Bernam quocienscunque uel quandocunque eam Regno nostro per nos heredes et successores nostros imponi contingeret soluere perpetuis temporibus teneantur ac etiam ab omni datione, vexatione et solucione alia per quas occasione bonorum hujusmodi gravari possent penitus sint exempti, de bonis autem aliis que jam tenent in Bohemia seu Moravia, vel in futurum habebunt ad debita servitiorum et subditorum onera facienda pro eorum possibilitate velut alii Religiosi nostri sint adstricti, Promittentes pro nobis, heredibus et successoribus nostris Bohemie regibus dictam libertatem et exemptionem non infringere; Et mandamus Universis officiatis nostris cuiuscunque conditionis existant vel quocunque censeantur nomine presentibus et futuris, quatenus predictos abbatem et Conventum ac ipsum Monasterium juxta affectum Regium conseruent, fauorabiliter in eisdem. In cujus rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro jussimus communiri, Datum in Castris prope *La* Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, quinta feria post diem *B. Martini* proxima. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zarens.*)

Num. XLIV.

Carolus Marchio Moraviæ concedit Monaſterio Jus patibuli & Cippi. Aº. 1338.

Nos *Karolus* dni . . . Regis Boemie primogenitus Marchio Moravie. Notum facimus tenore presentium univerſis quod volentes gracias a deo nobis infusas in Subditos noſtros et precipue in eos qui ſpretis mundi hujus deliciis, Creatori omnium ſub obseruantia regulari ſeruire et famulari conſueuerunt effundere *generose.* *) disponentes igitur deuotis noſtris dilectis . . . abbati et Conuentui Monaſterii in *Sare* **) qui nunc ſunt et pro tempore fuerint gratiam facere ſpecialem, Ipsis concedimus et fauemus vt in omnibus bonis ſuis que nunc habent in Moravia vel conquisierint aut poſsederint titulo quocunque concedente domino. in futurum Cippum et patibulum habere debeant ad animadvertendum seu judicium faciendum in facinorosos et malos, vtpote in fures ſpoliatores et incendiarios homines Status et conditionis ſimplicis ſeu ruſticalis per converſos ſeu laicos Judices eorum. Ita quod eosdem Czudariis provincialibus aut aliis terre Moravie Judicibus ſeu Justiciariis quibuscunque non debeant nec teneantur in antea presentare. Secus tamen de Nobilibus aut Bladiconibus ſi qui iudicandi in bonis predictis reperti fuerint, decernimus, quia volumus ut eosdem prefati Czudarii Provinciales ſeu Judices et Justitiarii ipsius Terre Moravie ut conſuetum eſt hactenus debeant de cetero judicare. Quare Univerſis et ſingulis ſubditis et officialibus noſtris per Moraviam cuiuscunque condicionis aut preeminencie fuerint presentibus et futuris injungimus et precipimus ſeriose quatenus indultam datam et conceſsam per nos gratiam Abbati

et

et conventui prefati Monasterii in *Sare* non debeant ipsis infringere, nec pati quod eis per quempiam in antea aliqualiter violetur. In cuius rei testimonium presentes fieri et nostro sigillo jussimus communiri. Datum *Brunne* in die Annunciationis Beate virginis Marie Anno dni M. CCC. XXXVIII, (*Ex Orig. Archivi Monast. Zar.*)

*) Originale aliud in Curia Brunensi seruatum apud Clar. D. Pelzel in Vita Caroli IV. Part. I. inter Diplomata Num. XXI. relatum, habet *quascunque*.
**) Loco cit. legitur: *Sars*.

Num. XLV.

Carolus Marchio Moraviæ eximit Monasterium a solutione Bernæ Regalis, et confirmat donationem villæ Rzeczkowitz. A. 1338.

Karolus dni . . . . Regis Boemie primogenitus omnibus in perpetuum. Etsi ad religiones singulas divinis obsequiis dedicatas specialis caritatis affectio nos provehat, et sincere devotionis caritas nos accendat. ad religionem tamen et ordinem *B. Bernhardi* confessoris tanquam doctrine speculi et honestatis exempli, nos instinctus quidam singularis devocionis annectit. Eapropter ad universorum noticiam volumus tenore presencium deuenire, quod nos domini. . . . et Genitoris nostri Carissimi antedicti vestigiis in virtuosis et laudabilibus actibus inherere cupientes, paternos et nostros deuotos sincere dilectos abbatem et Conventum Monasterii in *Sars* Cist. ordinis, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, à solucione generalis collecte que Berna vulgariter dicitur quociens illam in Boemia vel Moravia imponi contigerit prout domi-

nus et Genitor noſter predictus per patentes ſuas litteras, ad quam de Bonis dicti Monaſterii ad inſtar aliorum regnicolarum et Moravie incolarum faciendam eſsent adſtricti, infra ſpacium trium milliarium, circum circa ipsum Monaſterium ſituatis exemit, tenore presencium libertamus et eſse uolumus in perpetuum liberos et exemptos, preterea cupientes dictos abbatem et Conventum ut Deum Celi ejusque genitricem glorioſam pro predeceſsorum noſtrorum animarum ſalute, nec non domini et genitoris noſtri prefati ac noſtra prosperitate valeant et debeant in antea deuotius exorare, ſpeciali gratia prevenire. donationem ſeu legationem quam honeſta matrona dna *margareta* quondam *ſtegtini* relicta de villa ſua *Reſchkowitz* cum jure Patronatus Ecclesie ibidem et aliis ſuis juribus utilitatibus et pertinentiis vniverſis, in quibuscunque rebus conſistant, vel quomodocunque vocentur nomine, et quibus eadem *margareta* villam ipsam tenuit et poſsedit eisdem abbati et Conventui ac Monaſterio *in Sars* fecit, Ratam habemus et gratam, ipsa aprobamus et tenore preſentis noſtri privilegii confirmamus. Volentes quod dicti abbas et Conventus Monaſterii prenotati peramplius de noſtra valeant gratia gloriari, universis et singulis Boemie et Moravie incolis sub preceptione ſtrictiſsima inhibemus, volentes quatenus dictos Abbatem et Conventum nullus in antea ad hospitalitates ſeu expensas in ipso monaſterio vel bonis faciendas, debeat vel poſsit compellere vel arctare, quin imo ipsis hoſpitalitates ſeu expenſas hujusmodi denegantibus presumat inferre, sub obtentu noſtre gracie, molestiam vel gravamen. Quocirca univerſis et ſingulis ſubditis et officialibus noſtris per Moraviam, cujuscunque ſtatus vel auctoritatis exiſtant, tam preſentibus quam futuris Seriosè precipimus et mandamus volentes immo quatenus omnia et ſin-

gula

gula Superius contenta, per nos eisdem abbati et Conventui seu Monasterio *in Sars* gratiosius concessa et indulta ipsis debeant inconcusse perpetuis temporibus obseruare, et eis contra ea vel eorum aliquod ullam inferre vel facere violenciam vel gravamen. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro fecimus communiri. datum *Brune* Anno dni millesimo Trecentesimo Tricesimo octavo. feria quarta ante dominicam *Letare Jerusalem* proxima. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLVI.

Carolus Marchio Moravie prohibet ne quis Dominorum subditos Zarenses sub alienum dominium sine consensu migrantes recipere audeat. A. 1341.

Karolus domini Regis Boemie primogenitus, Marchio Moravie universis et singulis .... Prelatis, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Judicibus, Juratis, Civitatum et oppidorum Communitatibus seu alterius cujuscunque Conditionis vel status hominibus per Marchionatum nostrum Moravie constitutis fidelibus nostris dilectis, ad quos presentes peruenerint, salutem cum plenitudine omnis boni. Gravem querelam proparte deuotorum nostrorum dilectorum Abbatis Conventus seu Monasterii in *Sabars* recipimus contiuentem. Quod quandocunque eidem Monasterio aliquam Summam pecunie nomine subsidii vel contributionis per nos imponi contigerit, tunc non nulli ex hominibus dicti Monasterii seu in bonis ipsius residentes, contributionem hujusmodi subterfugere cupientes, sub alios Dominos se recipiant, per quorum protectionem partem pecunie ratione dicti Subsidii eos contin-

gentem dare et ſoluere denegant, et recuſant, et ſic alii reſidui homines in bonis ipsius Monaſterii remanentes ad ſolutionem totalem Summe Subsidii hujusmodi ipsis impoſiti non ſine gravi noſtro et ipsius Monaſterii damno compelluntur propter quod Monaſterium ipsum deuenire oportet ad extremam formaliter egestatem; Nos super premiſsis ut tenemur cupientes, de ſalubri remedio prouidere, Univerſis et ſingulis hominibus ad dictum Monaſterium de Sahars spectantibus auctoritate preſentium ſub obtentu noſtre gratie firmiter inhibemus ne quis de bonis dicti Monaſterii sub alium Dominum ſe recipere audeat quomodolibet aut presumat niſi primum se justum dicto Monaſterio exhibeat, et plene ſatisfaciat de parte pecunie cum ratione contributionis vel subsidii contingente. Mandamus etiam vobis uniuerſis et ſingulis et cuilibet veſtrum omnino volentes Noſtre Gratie ſub obtentu, quatenus nullus veſtrum aliquem ex hominibus dicti Monaſterii sibi aſsumere preſumat niſi primum is vel hi qui de Bonis ipſius Monaſterii taliter receſserint vel recedere uoluerint portionem Subsidii vel Contributionis eos contingentem plenius perſoluerint, prout ſuperius eſt expreſsum, et ſi quispiam ex vobis vel hominibus dicti Monaſterii de bonis ipsius Monaſterii recedere volentibus hujusmodi noſtrum mandatum attendere vel obſeruare non curaverit vel curaverint, ex tunc Purchgraviis et aliis officiatis qui nunc ſunt et pro tempore fuerint per Moraviam fidelibus noſtris dilectis ſerioſe commiſimus ut tam homines de Bonis ipſius Monaſterii recipientes quam etiam eos, qui ipsos contra mandatum noſtrum hujusmodi aſsumere presumpserint, gravi pæna punire debeant, quam ipsis utrobique decreuimus infligendam. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum Prage in festo diuiſionis apoſtolorum. Anno Domini M. CCC. XLI. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zarens.*)

Num.

Num. XLVII.

Arbitrium ſuper decimis in Rorbach, *latum A.* 1341.

In Nomine Domini Amen. Nos *Joannes* Abbas Monaſterii *in Vizowicz* ordinis Ciſtercienſis Olomuc. Dioceſis, *Hermannus Medicus* Olomucenſis et Brunenſis Ecclesiarum Canonicus Electi Arbitri Arbitratores et amicabiles compositores per Venerabilem Virum Dominum Nicolaum abbatem Monaſterii *in Zars* Pragenſis dioceſis et communitatem villæ *Rorbach* prope *Uncowicz* Olomucenſis Dioceſis ex una et Domini *Henrici* Plebani Ecclesie in *Uncowicz* parte ex altera, super lite et controverſia perceptionis plenarum decimarum in ead villa *Rorbach* que vertebatur virtute Commiſsionis Sedis Apostolice cora Honorabili Viro Domino *Witkone Archidiacono olomuc.* inter abbatem et Communitatem predictos ex una et Plebanum in Uncowicz ex altera parte, prout in forma compromiſsi plenius continetur, accedente quoque Honorabilis viri dni *Petri Viſscovienſis* Eccleſie *Decani*, Venerabilis Patris et dni noſtri Domini *Johannis olomucenſis Episcopi* Vicarii in Spiritualibus et temporalibus Generalis, conſensu et aſsensu Speciali prout in literis ſuis ſuper hoc conſcriptis plenius continetur, visis auditis intellectis et examinatis partium Juribus deliberacione nobiscum et cum peritis prehabita diligenti pro bono pacis et Concordie ex vigore compromiſsi predicti invocato Dei nomine, laudamus, definimus et arbitramur dicimus atque precipimus, quod ipse dnus *Henricus* Plebanus Ecclesie in *Uncowicz* predictus et quilibet ſui ſucceſsores, ante omnia ipsam communitatem ville in *Rorbach* ſuper perceptione plenarum decimarum impetere jure vel facto non debeant neque poſsint, sed potius ipse

dnus *Henricus* et ſui ſucceſsores debent percipere a quolibet laneo ipsius ville *Rorbach* quatuor metretas ſiliginis, et quatuor metretas avene, mensure Brunenſis, boni *bladi* quod ipsis ibidem in *Rorbach* crescit, et ipsas annonas, sibi ſuisque ſucceſsoribus predicti homines in *Rorbach* ſoluere debent, sub pæna dupli in festo *Sancti Michaelis*. Debent inſuper percipere de quolibet laneo minutas decimas, videlicet, canapi, ollerum, agnorum, de qualibet vero *curticula* agros habente quotquot ibi ſunt vel erunt ipsi Domino *Henrico* et ſuis ſucceſsoribus duas metretas predicte Brunnenſis menſure Unam ſiliginis, et aliam avene perpetuo percipient, et à duobus primis, quos prius Plebano dederunt eximentur; de novalibus quoque in quoscunque uſus conuerſa fuerint ipsi domino *Henrico* et ſuis ſucceſsoribus plenas decimas adiudicamus, agri vero ruſticorum si qui juncti ſunt vel impoſterum jungerentur Curie Dominorum Monaſterii *Zarensis* predicti, quam habent ibidem in *Rorbach* sicut alii Ruſticorum agri ibidem ipsi dno *Henrico* et suis Succeſsoribus decimabunt; de agris vero qui volgariter vinearum agri et Urber akher nuncupantur ipsi dno *Henrico* et ſuis Succeſsoribus nullas decimas adjudicamus, quia cum ibidem vinee fuiſsent dominium decimas percepit, quas etiam in annonis per dominium decernimus percipiendas. Et quia arbitrio non statur niſi metu pene, idcirco ipsum arbitrium tali pena firmamus et vallamus, quod quicunque inter partes predictas noſtris arbitrio et pronunciacioni in toto vel in parte ſtare nollet, ex tunc nolens ſeruare arbitrium, actionem cauſe et ipsam cauſam omnino perdet et amittet, et parti ipsum arbitrium ſeruanti viginti marcas groſsorum denariorum Pragensium Moravici pagamenti ſoluere tenebitur et debebit, ſaluo reſeruatoque nobis arbitrio et poteſtate declarandi et interpretandi ſuper predictis, ubicunque

et

et quandocunque visum fuerit expedire. Datum est predictum arbitrium in scriptis partibus presentibus in nulloque contradicentibus, Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo primo. Indictione nona, quintadecima mensis Julii, Pontificatus SSmi. Patris et Domini Domini *Benedicti* divina providencia Pape XII. Anno VII. Hora quasi Vesperarum. *Brunne* in domo Honorabilis viri Magistri *Hermanni Medici* Arbitri suprascripti. Honorabilibus viris Dominis dno *Nicolao de Hossicz*, Magistro *Henrico de Cignbols Sancti Petri in Bruna*, et Magistro *Petro de Woenstath* Suburbens. Ecclesiarum Canonicis testibus presentibus et aliis pluribus fide dignis, in quorum omnium testimonium presens arbitrium per infrascriptum publicum Notarium conscribi et sigillorum nostrorum munimine duximus communiri.

Et ego *Michael Theodoricus* de *Praga* Pragensis diocesis, publicus auctoritate imperiali Notarius prolacioni hujusmodi arbitrii interfui, et de mandato predictorum arbitrorum, seu Arbitratorum, et de partium voluntate conscripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque consueto signo signavi. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLVIII.

Componitur Cotroversia ratione decimarum in Ubetsch seu Obitschdorff. A. 1341.

In Nomine Domini amen. Cum ea que geruntur in tempore simul lapsu temporis euanescant, necesse est hominum gesta scriptis authenticis perhennari. Hinc est quod nos *Hermannus* de *Straschæ*

et *Witko* de *chlum* Ecclesiarum Plebani parte ab una, et *Tirmannus* Judex in *Chrisano* et *Friſcho de Meſeritz* Civis parte ex altera in causa infrascripta arbitri electi ad universorum presens scriptum visuris notitiam cupimus pervenire. Quod Honorabilis vir dnus *Wachſmundus Commendator* Hospitalis *S. Johannis in Bruna* et discretus vir dnus *Conradus Plebanus de Vbetſch* olomucensis Dioceſis pro parte actoris ac Venerabilis vir dnus *Nicolaus* Abbas totusque Conventus fratrum monasterii *de Zars* Cisterc. ord. pragensis dioceſis pro parte rea, in causa que inter ipsas jam utrinque partes nominatas super quibusdam decimis dicte Parochie *Ubetsch* vertebatur seu verti ſperabatur in nos predictos quatuor arbitros, pro se et omnibus aliis quorum interest vel intereſse poterit quomodolibet in futurum compromiſerunt et conſenserunt tanquam arbitrarios et promiſsarios ſeu amicabiles compositores volentes in ſe arbitrium ſuscipere, ita ut poſsimus pronunciare examinare cognoscere et terminare, interlocutionem et definitionem dare, et ordinare, juris ordine obſeruato, vel penitus pretermiſso vel extraordinariè prout nobis melius viſum fuerit, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, ſtando, omni hora, omni loco, utraque parte presente, vel altera abſente, pronunciare in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, promittentes predicte partes per ſtipulacionem pro ſe et omnibus quorum intereſt, vel intereſse poterit sub pena viginti marcarum moravici pagamenti, quarum decem domino Episcopo, et quinque nobis arbitris, & reſiduas quinque parti ratum tenenti arbitrium dari deputavimus, quod noſtre laudi pronunciationi, arbitrio siue dicto obtemperabunt et in nullo contravenient, de jure vel de facto, verbo vel opere, per ſe uel per interpositam perſonam, nullum dolum committendo, et quod contra compromiſsum nullum impetrabunt re-

scriptum et nullum Priuilegium allegabunt, nullam exceptionem opponent, nec utentur beneficio alicujus Legis vel Canonis, que vel qui vitiat vel vitiare posit compromissum, sive ex persona arbitrorum, sive compromittentium seu de rebus de quibus compromissum est renunciantes priuilegiis, Beneficiis predictorum, obligantes se bona fide sub pena predicta ac perdicione totius cause, ratum et gratum tenere, et habere quidquid per nos arbitros arbitratum ordinatum fuerit, siue factum. Nos vero dicti Arbitratores super premissis deliberacione matura, juxta nostrum posse, inter se preacceptata, pronunciavimus arbitrium in scriptis in hunc modum. Quod decime in tercio Campo de quibus lis mota fuit, amplius in perpetuum ad dictam Ecclesiam *Ubetsch* pleno jure pertinere debebunt. et agrum communitatis qui vulgariter dicitur *der gemain Kus* pertotam communitatem ville ad curiam dictorum Dominorum *de Zars* ibidem *in Ubetsch* largitum predictus dominus Abbas et Conventus quatuor discretis et fide dignis Viris ad mensurandum eorum fidei et conscientie committere debent, quo mensurato plena et integra decima dicte Ecclesie et Plebano cum suis Successoribus ab inde veluti de tertio Campo largiatur. Curia vero quam dicti Domini *de Zars* ibidem in villa per se, vel per alios colunt, ab omnis decime solutione debet esse penitus absoluta. Item arbitramur quod dicti Domini Abbas et Conventus predicti dni *Conradi* plebani *de Ubetsch* graciosi domini fore debent prout antea esse consueuerunt, et quod sibi duos modios annone, unum videlicet Siliginis et alterum avene pro neglectis dare debeant, infra Carnisprivium proximum contradictione quauis procul mota; Quicunque uero aliquid premissorum violaverint, predictas penas se noverint incursuros. Vt autem predicta nostra arbitracio siue ordinacio semper impo-

sterum rata et inconvulsa maneat presentes literas appensione sigillorum domini Abbatis et Conventus, ac domini *Wachsmundi* perdictorum nec non nobilis Viri domini *Wznete de Crisans* et nostrorum *Hermanni* et *Witkonis* prenominatorum arbitratorum decrevimus communiri in testimonium premissorum. Actum et datum in Crisano in Domo Curie Parochialis Anno domini millesimo CCC. XLJ. Idus Januarii. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XLIX.

Testimonium soluendi Census à Parocho inferioris Bobrowæ de villa Miroschow pro Hospitali S. Joannis Brunæ de Aº. 1341.

In Nomine Domini amen. Notum sit universis presens scriptum inspecturis, quod ego *Vlricus* plebanus Ecclesie in inferiori Bobravia, sponte non illectus, non deceptus nec conpulsus, sed mera motus liberalitate profiteor publice et recognosco quod de ecclesia mea predicta in Bobravia inferiori et ipsius prouentibus nomine decime, quam percipio de villa que *mirzichaw* *) dicitur hospitali *sancti Joannis* ante Civitatem *Brunnensem* vel ejus pro tempore Commendatori soluere teneor et debeo, annis singulis in festo beati *Michaelis* archangeli quinque fertones grossorum denariorum pragensium moravici pagamenti, sedecim grossos pro fertone quolibet computando. In quorum omnium testimonium et ut securior sit in antea dominus meus *Wazmudus* Commendator Hospitalis predicti et quilibet suus successor qui pro tempore fuerit presentem literam seu publicum Instrumentum, per infrascriptum publicum Notarium conscribi et Sigillorum mei et honorabilium virorum dominorum *Ni-*

co-

colai de Hoſsicz et *Nicolai de Coſtel Sčti Petri in Brunna*, ac magiſtri *Purchardi Warmiens.* Eccleſiarum Canonicorum. ac discretorum virorum dni *Hermanni in Strasca* et Johannis *in Caplbobrau* ecclesiarum Plebanorum petivi appensione communiri in robur perpetue firmitatis. Acta ſunt hec ante Civitatem *Brunenſem* in domo hospitalis Scti Johannis predicti, Anno dni millesimo Trecenteſimo quadragesimo primo, Indictione IX. prima die menſis Junii Pontificatus Sanctiſsimi Patris et domini domini divina providentia *Benedicti pape* XIJ. anno Septimo, discretis viris dno *Johanne* plebano ecclesie *in Taſsau Alberto et Johanne* fratribus domus cruciferorum ſancti *Johannis Bapt.* presbyteris. *Nicolao* et *Gunthero* Sacerdotibus ſecularibus cappellanis Monaſterii Sancte anne ante Brunnam, teſtibus presentibus, et aliis fide dignis.

Et ego *Michael Theodoricus* de *praga* &c. ut Num. XLVII. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zarens.*)

*) Mireschow.

Num L.

Donatio decimarum in Gutlis ſeu Kottlaſs. De Aō. 1343.

Ego *Budiſsa* relicta domini *Hainmanni* iunioris de *Luchtenburg* dicti *Croſsine*, et nos *Jeſko* et *Hainmannus* filii eorumdem. Notum facimus univerſis presentem literam inſpecturis, quod donacionem quam dilectus pater noſter bone memorie ſupradictus Monaſterio *Sarensi* Ciſterc. ord. vivus et ſanus fecerat, videlicet decimam integram partium noſtrarum quas in *Gutlis* *) habemus, hanc ratam et gratam habentes, abrenunciamus omni ju-

ri

ri quod in eandem decimam habere forsitan videremur, preterea tenore literarum presentium protestamur fideliter promittentes, nos nunquam ammodo fore predicto Monasterio in eadem decima impedimentum aliquod illaturos. Quod si forsitan promissi nostri immemores instigante dyabolo faceremus hoc in prejudicium nostre fieret fidei & honoris. In cujus rei testimonium nostrum sigillum apposuimus huic scripto, datum in *Sar* anno domini M. CCC. XLiii. quinto kal. Januarii. (*ex Origin. Archivi Mon. Zarens.*)

*) Kotlasky.

Num. LI.

Czenko de Wetonia legat Monasterio 60. marcas pro Sepultura Corporis sui. A. 1345.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes literas inspecturi quod nos *Czenko de wetonia* propria et spontanea voluntate nostra quamvis infirmus Corpore, sanus tamen mente, conscientia pura ignorans, quid nobis futura dies pariat, coram nobilibus militibus et consanquineis nostris, dominis *Jeroslao de Sternberch*, *Henrico* fratruele, nostri filii domini *Smilonis* et Agnete Uxoris nostre, de omnibus bonis nostris infrascriptum nuncupatum condidimus Testamentum. *Primo ad Sepulturam nostram in Sars Sexaginta marcas moravici pagamenti, et ad Sex marcas reditus campan: pro anniversario et cottidiana* commemoracione nostra. Item quod *Nicolaus de Sywitz* noster primogenitus, et dnus *Philippus de Gesnich* exsoluatur ab omni debito pro nobis contracto, de quo doceri possint per dominam et uxorem nostram

ſtram et alias probas fide dignas. ad quod faciendum promiſerunt domina *Joanna* duciſsa auſtrie et domini *Jeroſlaus* et *Henricus* predicti dominum *Smilonem* fratrem noſtrum fideliter informare. Item quod domino *Philippo* predicto ad ſuam miliciam dari debent centum marce moravici numeri et villa dicta *Theſskow minor*, quam poſsideat pacifice et quiete, prout alias promiſit in vita ſua. Item quod *wilhelmo de Scheycowitz* teneatur ratum promiſsum factum per dominum *Smilonem*, Item quod Judex de *Budwicz* in judicio non impediatur per nos conducto ad annum, et eadem pecunia totaliter eſt ſoluta de certa ſciencia domine et Uxoris noſtre nec non Nicolai primogeniti noſtri de Sywitz, item legamus cuilibet domicelle Uxoris nostre tam Juniori quam Seniori viginti marcas moravici pagamenti. Item familiaribus noſtris *Claſsoni*, *Henrico*, *baydoni*, *zauzoni*, *Slednicz*, *Czewstrau*, *Leoni*, *Wankoni* loco *Heckel*, juxta qualitatem ſuorum ſeruiciorum .... dominus et frater noſter *Smilo* predictos ſatiſſaciat ad conſilium dominorum predictorum *Jeroslai* et *Henrici* nec non Uxoris noſtre et eorundem dampna percepta et credita de quibus docere poſsent, reſtituat et perſoluat. Item quod debita infraſcripta perſolvantur primo *Petro* Judici Judeorum *prage* xL Sexag. debiti, Item *Jobelmo* pellifici *prage* xvj. Sexag. debiti. Item *Jeskoni Nakvas prage* v. Sexag. Item *petzoldo* Civi pragensi ſolvatur quid met fateatur. Item *Jeskoni de Jemnicz* ſoluatur debitum de quo conſtat plebano *de Zbestradicz* Item *Nicolao friczali de Broda Theutonica* ij. Sexag. Item *Beneſchovero* civi pragensi IV. ſexag. perſolvantur. Item legamus Lectori ad S. Auguſtinum nostro Confeſsori III. marcas morav. pagam. Item *Talleborio* Capellano in Vetonia III. marcas groſsorum pragens. Item *machte* Sacerdoti III. marcas groſsorum prageus. Item Gardiano in *Znoyma* pro-

duc-

duobus vasis vini III marcas morav. pagamenti. In quorum omnium testimonium presentem Literam scribi mandavimus et sigillo Excellentissime Domine *Johanne* Ducisse Austrie, nec non nobilium virorum dominorum *Jeroslai* et *Henrici* predictorum fecimus communiri. Anno Domini millesimo Trecentesimo quadragesimo quinto. feria sexta ante Dominicam et Festum Trinitatis. (*Ex Originali Archivi Monast. Zar.*)

Num. LII.

Carolus IV. Romanorum et Boemiæ Rex Genitoris et suum Priuilegium noviter confirmat. A. 1348.

Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus et Boh. Rex, universis presentem literam inspecturis, harum serie patefiat, quod pro parte deuotorum nostrorum Abbatis et Conventus Monasterii *in Saars* Cisterciensium ordinis, litere nostre olim sigillo Marchionatus nostri Moravie sigillate, nec non recolende memorie Illustris *Johannis* quondam Bohemie Regis, Genitoris nostri carissimi, nostre Celsitudini sunt exhibite, continentie infrascripte, nobisque cum instancia supplicatum extitit, ut predictas literas et omnia contenta in eis, innovare et approbare de nostre mansuetudinis gracia dignaremur. Quarum tenor sequitur in hec verba. Nos *Johannes* &c. *vide Num. XLIII.* . . . . . Secunde vero litere tenor est talis. *Karolus* dni Regis Boh. primogenitus &c . . *vide Num. XLV.* . . . . . Nos itaque predictorum .. abbatis et Conventus laudabilibus supplicacionibus benevole inclinati, volentes per hoc nobis Thesauros in celis immarcescibiles componere et the-

zau-

zaurizare subscriptas literas et continencias earundem de liberalitate regia, ac certa nostra Sciencia aprobamus, ratificamus, innovamus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, nulli igitur homini cujuscunque status et condicionis &c. . . . Datum *Prage* Anno domini M. CCC. XLVIII. Indictione proxima XV. kal. Maji, Regnorum nostrorum anno secundo. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zarens.*)

Num. LIII.

Carolus Roman. & Bohemorum Rex Monasterium ab omnibus angariis, perangariis, Talliis, collectis, subsidiis &c. eximit. A. 1348.

Karolus dei gracia Romanorum Rex semper augustus, et Bohemie Rex omnibus in perpetuum. Divine retribucionis meritum, ac temporalis prosperitatis augmentum nobis infalibiliter provenire credimus, cum personarum Religiosarum que ad omnipotentis obsequium sunt deputate, profectibus et commodis libenter intendimus, et eis fauorem Regium liberaliter impartimur. Sane deuotis, dilectis nobis . . . abbati et Conventui Monasterii in *Saars* ord. cist. ob expositas nobis conditiones grauissimas suorum defectuum graciam cupientes facere specialem, omnia Bona eorundem Abbatis et Conventus, que in Moravia ad presens habent et possident, aut habere quovis modo et tytulo dinoscuntur, ubicunque ibidem in Morauia sita fuerint, ab omni solucione Berne, seu collecte generalis, quociens eam per Nos aut Successores Nostros Reges Bohemie, seu Marchiones Moravie imponi contigerit, nec non ab omnibus dationibus, impositionibus collectis, Steuris, subsidiis, vexatio-

ni-

nibus, Tallijs, angariis, perangarijs aut quibuscunque aliis grauaminibus, quocunque nomine censeantur, de innata nobis clemencia perpetuis temporibus absoluimus, eximimus et libertamus, ac libera et exempta esse uolumus, decernimus perpetuo et sancimus, quam quidem libertatem, immunitatem et exemptionem, pro Nobis et successoribus nostris Regibus Bohemie et Marchionibus Moravie constanter ipsis attendere promittimus et inviolabiliter observare. Mandamus firmiter et districte Illustri *Johanni Duci Karinthie* fratri et Principi nostro carissimo nec non uniuersis Capitaneis, Camerarijs, Subcamerarijs, Burgrauiis, Bernariis, et Collectoribus Berne, ceterisque Officialibus, et Subditis nostris, per Bohemiam et Moraviam, qui nunc sunt aut pro tempore fuerint. Quatenus predictum abbatem et Conventum et Bona ipsorum in Moravia, in predicta libertatis et exempcionis gracia nullatenus impedire seu molestare debeant aut aliqualiter perturbare. Indignacionem Regiam et penam grauissimam in rebus et personis ad arbitrium proprium infligendam irremissibiliter incursuri, si qui contra nostram predictam graciam ausu temerario atemptare presumpserint, seu ei aliqualiter contraire. In cujus rei testimonium presentes scribi et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum *Prage* Anno dni M. CCC. XLVIII. Indictione prima, decimo sexto Kal. Maji. Regnorum nostrorum Anno secundo. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zarens.*)

Num LIV.

Diploma Joannis Carinthie Ducis, ſuper articulis in tribus Regum Bohemiæ privilegiis conceſsis, dd. A. 1348.

Nos *Johannes* Dei gracia *Carinthie Dux*, Tyrolis et Goricie Comes. Notum facimus univerſis, quod pro parte devotorum Nobisque ſincere dilectorum - - - - Abbatis et Conventus Monaſterii *Saars* Ord. Ciſt. Nobis ſupplicatum extitit, ut ad infrascriptarum Litterarum tenores et continencias conſensum noſtrum dare dignaremur. In prima quidem Littera scribitur, quod Illuſtris Dnus *Johannes* quondam Rex Bohemie, Genitor Noſter dilectus recolende memorie predictum Abbatem et Conventum, et omnia bona ipſorum circum circa ipsum Monaſterium ad trium milliarium ſpacium ſita à ſolucione generalis Collectæ, que Berna dicitur, quoties et quando eam imponi et recipi continget, perpetuis temporibus liberavit, exemit, et abſolvit, de aliis tamen ipsius Monaſterii bonis in Bohemia et Moravia sitis ad debita ſervitiorum onera ad inſtar aliorum Religiosorum sint adſtricti. Secunda vero Littera continebat, quod invictiſsimus Dnus et frater Noſter dilectus, Dnus Carolus Roman. et Boh. Rex in jam dictam Litteram, et omnia in ea contenta graciosius conſentit, eandem graciam dicto Monaſterio ut predicitur factam renovando, & de poteſtatis ſue plenitudine approbando. Tercia vero Littera continebat, quod jam memoratus Dnus et frater Noſter dilectus pretactum Monaſterium et universa bona ipsius expreſsa tamen, que nunc in Moravia habet, seu juſto titulo poſsidere dignoscitur, à ſolucione præfate Berne, Steuris, Subsidiis, Vexacionibus, Talliis, Angariis, et generaliter à quibusvis gravaminibus perpetuis temporibus abſoluit, exemit, et liberta-

vit, prout hæc omnia et ſingula in ſupra memoratis Litteris vidimus lucidius contineri. Nos igitur ſupradictorum Abbatis et Conventus laudabilibus ſupplicacionibus benignius inclinati, volentes et dignum cenſentes, paternis ac fraternis veſtigiis in virtuosis atque laudabilibus actibus inherere, in perſcriptas Litteras et continencias seu tenores earumdem de certa Noſtra sciencia consentimus, ipsas Litteras et omnia in eis contenta approbantes et de benignitate consueta confirmantes, harum Noſtrarum quibus sigillum Noſtrum appendi fecimus teſtimonio Litterarum. Datum Prage XXIJ die menſis Maji A. D. M. D. CCC. XLVIIJ.

per Dnum Ducem

H. qruff?

(*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LV.

Census duarum Marcarum Groſsorum Pragenſ. a quodam D. Joanne Dobrowitzi, Uxore, et heredibus de Curia Schibnitz percipi solitus A. 1348.

Nos *Jacobus de Bor* Judex, *Albertus* dictus *Ferreus* Magiſter Civium, *Lutzko de Vitis*, *Thomas Anshelmi*, *Joannes Eberhardi*, *Theodricus* dictus *Glesem*, *Bartuschus* dictus Advocatus *de Jegersdorff*, *Wenceslaus de Auspetz*, *Anshelmus* ceterique Jurati Brunenses. Recognoscimus et ad Universorum, quibus presentes exhibite fuerint, notitiam volumus pervenire. Quod Discretus Vir *Joannes Dobrowitzi*, Uxor et heredes sui de Curia ipsorum in *Schibnitz* sita, agris, pratis, et omnibus aliis ad ipsam pertinentibus, qualitercunque dictis,

te-

tenentur censuare Annis singulis in festo S. Michaelis, Religiosis Viris, fratribus, et Dominis . . . Abbati et Conventui Monasterii in Sar Cisterciensis Ordinis Pragensis Diecesis, duas Marcas Grossorum Pragensium, sexaginta quatuor grosos pro earum qualibet computando, integraliter et complete, nullam taxacionem et Collectam Civitatis Brunensis seu Steüram qualemcunque in censu prehabito defalcando, sed censum ipsum semper statutis temporibus sine diminucione qualibet persolvendo, et cum duodecim Marcis, quando facultas eis fuerit redimendo. Quodsi quandoque non facerent, ex tunc statim elapso prescripto termino dicti Domini et Fratres largam habent licenciam et plenum posse in Curia et hereditate suprà scripta, in Villa vel in Campis absque requisicione cujuscunque pro censu neglecto per eorum familiam de sufficienti sibi pignore providere. Et si pignus ibidem inventum non fuerit, de dicta Curia et ejus pertinenciis quantum ad Villana et Campestria statim ad manus suas licité se possunt intromittere; Isto videlicet modo: Quod censum prescriptum scilicet duarum Marcarum, et ejus valorem, videlicet duodecim Marcarum dictorum grosorum et ponderis a bonis eisdem tollent, percipient, et modis competentibus quibuscunque poterunt, extorquebunt. In cujus rei testimonium ad preces dicti Joannis Sigillum Nostrum de certa nostra sciencia presentibus est appensum.

Datum Anno Domini M. CCC. XLVIIJ. in feria II. post Dominicam *Invocavit* proxima.

(*Ex Origin. Archivi Monast. Zar.*)

Num. LVI.

*Johannes Dominus in Taſsaw Romam peregrinaturus, villam Chothloken *) Monaſterio donat. A. 1349.*

In nomine domini amen. Quoniam ea quæ geruntur in tempore, labuntur cum tempore, niſi dictis et ſcriptis perhennentur. Ad noticiam igitur univerſorum tam presencium quam futurorum volumus deuenire. Quod nos *Johannes dominus in Taſsaw*, cum anno incarnacionis domini millesimo Trecenteſimo Quadragesimo nono ante annum jubileum in festo beat. martyrum Innocencium ad limina beatorum petri et pauli apostolorum vellemus peregrinari, nobis eodem tempore existentibus in monaſterio fontis ſancte Marie in *Sar* ordinis Ciſterc. prag. dioc. ex bona voluntate et matura deliberacione ob remedium anime noſtre ac progenitorum et ſucceſsorum noſtrorum dedimus ipsi monaſterio iamdicto villam Chothloken volgariter nuncupatam, cum omnibus bonis ſuis in villa et extra villam, ſupra terram et infra terram, agris cultis et incultis, ſiluis, rubetis, pratis, pascuis, aquis, piscinis, piscacionibus, venacionibus, viis ſecretis et universis utilitatibus ac prouentibus quibuscunque nominibus cenſeantur libere ac pacifice poſsidendam tali condicione adjecta, quod ſingulis annis in jam dicto monaſterio Anniverſarium noſtrum, noſtrique patris dni *Thobie* et matris noſtre *Agnetis* ac *anne* ſororis noſtre, ſollempniter cum officio divino ac ſeruicio in Refectorio peragi debeat, per fratres ipsius monaſterii presentes et futuros in Conventu. Adicientes eciam, quod ſi edificia ville prefate per ignem aut aliter quocunque modo deſtruerentur, ex tunc ſemper reedificari debetur de lignis in bonis noſtris e ſiluis reſecatis et receptis, Inſu-

per

per adicimus quod eodem die loco et tempore ceſsimus et ceſsamus de lite quam minus debite, errore et ignorantia ducti geſsimus pro metis ville *Bukaw* nuncupate prout a veridicis et fidedignis ſalubriter et rectitudinaliter ſumus informati, easdem metas, per omnia usque ad eundem terminum et locum, ad quem nos dnus *Hynco* tunc temporis abbas in *Sar* cum ceteris hominibus ad id vocatis et deputatis duxit ad predictam villam pertinere, ergo presentibus ſepedictas metas contra ſalutem anime noſtre ulterius retinere nolentes, perscriptas villas monaſterio libere et pacifice resignamus, nullam quampiam nobis et ſucceſsoribus noſtris proprietatem et Jurisdictionem in eisdem reſeruantes. Volentes igitur præscripta omnia fore in perpetuum ſtabilia et firma, committimus et commiſimus dno *Ade de Chomwycz* Sororio noſtro dilecto, Uxorique ipsius dne *Anne* ſorori noſtre dilecte nec non liberis eorundem quibus omnia bona noſtra ad tabulas terre posuimus et annotavimus ne ea quouismodo impediant, ſed pocius promoveant, et post obitum noſtrum pretacto Monaſterio libere mox resignent. In cujus rei testimonium euidens et robur preſentes dedimus Sigillo noſtro cum sigillis teſtium ſubscriptorum roboratas. videlicet dni *Henrici de leuchtenburch*, dni *Jesconis de Sthernberch*, **) dni *Hynconis* dicti *kruſsina* eciam *de leuchtenburch*, dni *wankonis de leuchtenburch* dni *Ingrami de Pernsteyn*, dni *Smilonis de Chunſtath* dicti *Zagimacz*, et dni *Henrici de pernſteyn*. Datum Anno die et loco predictis. (Ex Orig. Archivi Mon. Zar.)

*) Kotlaſsy nunc paſsim audit. **) Sternberg.

Num. LVII.

Carolus IV. Boh. Rex concedit Monasterio Jus Montanorum.

A. 1351.

*C*arolus Dei Gracia Romanorum Rex semper Augustus, et Boh. Rex. Religiosis Abbati et Conventui Monasterii in *Sabars* Ordinis Cisterciensis devotis Nostris dilectis Graciam Regiam et omne bonum. Devoti Charissimi licet in Bonis vestris puta in Villa *Heinrichsdorff* Czaslaviensis Districtus, quæ vestri Monasterii mera consistit hæreditas, montana quædam pro utilitate Regni sperentur consurgere, et jam quodam modo à pluribus Cultoribus incepta et instaurata noscantur, sicut de hoc fide dignorum testimonio sumus luculentiùs informati. Nè tamen vos aut Successores vestri ex parte novitatis hujusmodi aliqua subeatis dispendia, vel Monasterii prędicti derogetur Juribus, imo ut et amplior vobis maneat sinceritatis affectus, Processum montanorum talium promovendi Regia premeditatione decrevimus, vos et omnes Successores vestros, nec non Monasterium *Sabars* predictum, pro Nobis, heredibus et Successoribus Nostris Regibus Bohemie in perpętuum, penes omnia Jura, fructus, proventus, utilitates et commoda, que vobis vel ipsi Monasterio circa predicta montana proprietatis et hæreditatis titulo sub et super terra censentur competere, de solito Regie benignitatis favore gratiosius conservare, Neque permittere vos, aut successuram posteritatem vestram, seu ipsum Monasterium, a quibusvis aliis personis, cujuscunque gradus, sive conditionis existant, quomodolibet impederi. Inhibentes Auctoritate Regia Universis et Singulis, Capitaneis,

Ca-

Camerariis, Sub Camerariis, Urborariis, montium Chuttis et alibi, ac ceteris Officialibus, et Vice Officialibus Regni prefati, qui pro tempore fuerint fidelibus Noſtris, nè vos, Succeſsores veſtros, aut predictum Monaſterium adversus presentis Noſtre deliberationis et conservationis indultum, impediant aut sinant quomodolibet impediri. Sub pena Noſtre indignationis, quam qui secus attemptare presumpſerint, se cognoscant graviter incurriſse. Presentium ſub Noſtre Majestatis sigillo teſtimonio Litterarum. Datum Prage Annô Domini: Millesimo, Trecentesimo Quinquagesimo primo. Indictione quarta, V^to Idus Marcij. Regnorum Noſtrorum Anno Quinto. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zar.*)

Mäg 11.

Num. LVIII.

Henlinus Plebanus ſeu Parochus in Chotieborz teſtatur Teloniium ibidem Monaſterii Zarensi à Rege Bohemiæ conceſsum fuiſse. — A. 1351.

Ego *Henlinus* Plebanus in Chotieborz Tenore presentium recognosco Universis, quod Teloneum videlicet quinta et Decima Septimana quod ibi recipitur, non Eccleſie, sed Monaſterii in *Sars*, ac ipsius Conventus fuiſse totaliter et ex toto, et quod Teloneum jam dictum per Sereniſsimum Virum ac Dominum Dominum *Carolum* Bohemie et Romanorum Regem et semper Augustum, in Domo Marchionis Moraviæ in Majori Civitate Pragensi scilicèt ad Beatam Virginem, que in Lacu nuncupatur in Die Sanctæ Margarethæ, feré horâ Completorij in preſentia mei et aliorum multorum Nobilium ipsi Monaſterio in Sars ac ejus Conventui fuit traditum perpetue et donatum, quia tunc Dominus Abbas de Sars Pragam veniens sua Privilegia ipsi Mona-

sterio ab antiquo tradita Sereniſsimo Principi ac Domino Noſtro Domino Regi, super Teloneo et aliis Bonis ad Ecclesiam in Chotiebors spectantibus preſentavit et oſtendit, Ipse autem Dominus Rex cum Privilegia eorum super hoc Teloneo et aliis Bonis ad Ecclesiam ibidem in Chotiebors pertinentibus aspexiſset et legiſset, juſsit ea mox Litteris Suis ac Suo Sigillo majori firmiter roborari, ita quod ipsi ac Monaſterium eorum in supradicto Teloneo et aliis Bonis ad prefatam Ecclesiam in Chotiebors spectantibus, per nullum hominem de cetero impedirentur, tali etiam conditione quod sæpe dictum Teloneum nullus Plebanorum in predicto Oppido Chotiebors à modo debeat poſsidere; Egoque *Henlinus* Sæpetactus Plebanus in Chotiebors cum huic Confirmationi per Dominum Regem factæ adfuiſsem, rogatus ac placatus fui per Dominum Abbatem nec non ejus Conventum in Sars, ut unam Litteram propter majus et evidentius teſtimonium ipsis donarem meique Sigilli munimine quo ego fungor seu pro tunc usus fui eandem roborarem, quorum petitionibus ego prefatus *Henlinus* acquiescens, hanc eis Litteram dedi Sigillique mei munimine ipsam communivi. Et maxime propter hoc à me hanc Litteram petierunt, nè aliquis Plebanorum poſterorum meorum, ipsum Monaſterium seu eorum Conventum pro sæpe tacto Teloneo de cætero valeat infestare. Datum in Chotiebors sequenti Die poſt feſtum S. Jacobi Apostoli in Domo meæ habitationis. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo 1mo (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LIX.

Carolus IV. Judici, Juratis, et Civibus in Chotieborz præcipit, ut retentos fructus indebitos Monasterio Zarensi, cui competebant quantocyus reddere festinent. —A. 1351.

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Bohemiæ Rex. Dilectis Sibi Judici, Juratis et Civibus in Chotiebors Gratiam Regiam et omne bonum. Ad Nostræ Majestatis pervenit Audientiam, quod quosdam agros de Jure spectantes ad Ecclesiam Parochialem in Chotiebors, hucusque in ejusdem Ecclesiæ præjudicium occupastis, quodsi ita est, Volumus et fidelitati vestræ seriosè committimus et mandamus. Quatenus prædictos agros seu campos per vos tentos et occupatos eidem Ecclesiæ absque cujuslibet ulterioris dilationis subterfugio, et recusatione quacunque cum integritate reddere et restituere debeatis, hoc nullatenus omisuri.

Datum Pragæ Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo, Die Vicesima octava Mensis Julij. Regnorum Nostrorum Roman. Anno Sexto, Bohemiæ verò Quinto. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LX.

Carolus IV. Burggravios in Luchtenburg ab infestatione Monasterii arcet. A. 1351.

Carolus Dei Gratia Romanor. Rex semper Augustus, et Bohemiæ Rex. Fideli Suo Dile-

cto Burgravio Castri in Leüchtenburg, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, Gratiam Regiam et omne bonum. Quia Devotis Nostris Dilectis Abbati et Conventui Monasterii in Sar Privilegia ac Litteras ipsorum de singulari mansuetudinis Nostræ Gratia duximus confirmandas, fidelitati tuæ districte præcipiendo mandamus, Volentes quatenus præfatos Abbatem et Conventum contra hujusmodi Confirmationis Nostræ Gratiam non debeas impedire, molestare, aut aliqualiter inquietare, sed potius ipsos circa dictas gratias et Confirmationes favorabiliter conservare, Id nullatenus omissurus. Datum Pragæ Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo, Vicesima octava die Mensis Julij, Regnorum Nostrorum Romani Anno sexto, Bohemiæ verò quinto. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXI.

Abbas et Conventus Zarensis profitentur se obligatos servare Conditiones occasione acquisitarum villarum sibi impositas seruandi. A. 1353.

Nos Fratres *Johannes* Abbas, *Wernhardus* Prior, *Leo* Supprior, *Joannes* Cellarius Totusque Conventus Monasterii Fontis Sanctæ Mariæ Virginis in *Sar*, Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis, Promittimus tenore præsentium universis præsentibus et futuris; ac spondemus quod, Census, fructus, et utilitates quibuscunque nominibus censeantur et omnia quæ nobis possunt derivari à Villis, Wattin, Babin, et Sazomin et Sylva Radonin nuncupatis, et apertinentiis earumdem universis, quas nobis Domini Nobiles et honesti Benessius, Heynricus, Joannes, Thobias fratres de

Me-

Mesericz, pro remedio suarum, suorumque Parentum et Succesſorum animarum liberè et hæreditariè contulerunt, solum pro augmentatione seu auctione pitanciæ noſtræ et non alias, volumus et Sylvam pro reparatione Villarum dictarum, dum opus fuerit et utilitate Monaſterii conservare; Item promittimus quod à prædictis Villis nullam Bernam Regalem et exactionem, impositionem, aut dationem seu ullas emendas ultra sedecim groſsos se extendentes volumus extorquere, nisi de scitu et voluntate prædictorum Dominorum et hæredum ac Poſseſsorum eorumdem. Adjicimus etiam promittentes, quod singulis annis in perpetuum peragere volumus Anniversarium Domini Beneſsii prænotati cum Officio Divino in Monaſterio Noſtro, et ſervitio in Refectorio, sollempniter in Conventu; Quodsi præfata non fecerimus, ex tunc sæpedicti Domini et eorum hæredes, et Succeſsores debent se intromittere de prænotatis Villis et Sylva, et eas a Monaſterio auferre noſtro viceversa. In Cujus rei teſtimonium præsentes dedimus Sigillis Noſtris roboratas. Datum Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Quinquagesimo Tertio. In festo B. Nicolai Episcopi et Confeſsoris. Indictione sexta. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zar.*)

Num. LXII.

Carolus IV. confirmat omnia Privilegia Monaſterii. A. 1353.

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex, semper Augustus, et Bohem. Rex. Religiosis Abbati et Conventui Monaſterii in Sar Ordinis Cisterciensis Pragensis Diœcesis Devotis Noſtris Dilectis gratiam Regiam et omne bonum. Consideratis multi-

tiplicibus virtutum ſtudiis, quibus ad laudem Dei et Gloriosæ Virginis Matris ejus insudaſtis hactenus, et continuatis frequenter affectibus militatis, ut eò liberius Divino Cultui valeatis intendere quò se ulteriori benignitatis munere Veſtra senserit commendanda Devotio Regiæ provisionis gratia prosecutam, animo deliberato et sano Noſtrorum Procerum accedente consilio, Vobis, Succeſsoribus Veſtris et Monaſterio in Sar, in perpetuum omnia Privilegia, Litteras, Jura, Libertates, Gratias, Donationes, Conceſsiones, Consuetudines, et immunitates, quibus Devotioni Veſtræ super quibuscunque rebus ſpiritualibus vel temporalibus, mobilibus vel immobilibus ubicunque locorum aut quibuscunque appellentur nominibus, claræ memoriæ Illuſtrium quondam Bohemiæ Regum, Ducum seu Principum Progenitorum seu Prædeceſsorum Noſtrorum pia dignatio ritè providit, aut quæ seu quas a quibuscunque Personis Ecclesiaſticis vel Sæcularibus cujus etiam status, honoris, dignitatis seu conditionis exiſtant obtinuiſse noſcimus in omnibus suis tenoribus, sententiis, punctis et clausulis sicut usu utentium talia approbata noscuntur de verbo ad verbum, ac si tenores omnium præsentibus inserti consiſterent, etiamsi de his jure vel consuetudine deberet in præsentibus fieri mentio specialis, sicut ritè et providè præceſserunt, approbamus, ratificamus, et de Regiæ benignitatis gratia confirmamus. Inhibemus specialiter et expreſsè Universis ac Singulis Principibus, Baronibus, Nobilibus, Burgraviis, et cæteris hominibus incolis et inhabitatoribus Regni Noſtri Bohemiæ cujuscunque conditionis exiſtant, nè in prædicto Monaſterio Veſtro, bonis, prædiis, Villis, Poſseſsionibus ad idem pertinentibus, hoſpitalitates, Stationes, seu quosvis insultus exerceant, seu Vos, Abbatem, Conventum, Monaſterium, homines et subditos Veſtros

ali-

aliquibus impedimentis seu gravaminibus inquietent, alioquin Nobilibus Henrico de Luchtenburg cum suis filiis, Zmiloni de Ronow, Henrico de Ofsaw fratri ipsius, ac hæredibus seu filiis eorundem, Hynchoni de Luchtenburg dicto Chruschina, Henrico de Vetovia, Benefsio de Mezerzicz, et Boczkoni cum fratribus et hæredibus eorum dictis de Chunstat, ac nominatim Burgraviis Luchtenburgensibus qui pro tempore fuerint, rite commisimus et expresse dedimus in mandatis, Quatenus Vos Abbatem, Conventum, Succesfores et Monasterium, homines, subditos, Posseſsiones et prædia, ab omnibus talibus injuriis, oppresfionibus, violentiis, adversus quemlibet, qui quavis occasione reniti præsumpserit, Auctoritate Regia tueantur. Decernentes et Regio statuentes Edicto, quod præfati Nobiles, Barones, Burgravii, fratres, hæredes, et Succesfores eorum, amici, servitores et fautores, qui ad hujusmodi defensionem vestram auxilium præstiterint seu favorem ad Urzednicones, seu quævis alia terræ Judicia citari seu vocari non debeant, sententias etiam si quæ desuper latæ fuerint viribus vacantes. Nulli ergo hominum liceat hanc Nostræ approbationis et ratificationis Paginam infringere seu ei quovis ausu temerario contrarie sub pæna gravis indignationis Regiæ pro motu deliberationis Nostræ, quibuscunque contravenientibus graviter infligenda, Præsertim sub Nostræ Majestatis sigillo testimonio Litterarum.

Datum in *Grecz super Albea* Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo tertio 9. Cal. Augusti. Indictione sexta. Regnorum Nostrorum Anno Septimo. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zar.*)

Num.

Num. LXIII.

Joannes Marchio Moraviæ confirmat omnia Privil. Litteras et Libertates Monaſterii Zarensis. Anno 1353. *Quartò Nonas Julij.*

Joannes Dei Gratia Marchio Moraviæ, Religiosis Abbati et Conventui Monaſterii in Sar Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis, Devotis Noſtris Dilectis gratiam suam et omne bonum. Consideratis multiplicibus virtutum studiis, quibus ad laudem Dei et Gloriosæ Virginis Matris ejus insudaſtis hactenus, et continuatis frequenter affectibus militatis, ut eò liberiùs Divino cultui valeatis intendere, quò se uberiori benignitatis munere Veſtra senserit commendanda Devotio Noſtræ Magnificentiæ Provisionis Gratia prosecutam, animo deliberato et sano Noſtrorumque Procerum accedente consilio. Vobis, Succeſsoribus Veſtris, et Monaſterio in Sar in perpetuum omnia Privilegia, Litteras, Jura, Libertates, Gratias, Donationes, Conceſsiones, et Consuetudines, quibus Devotioni Veſtræ super quibuscunque rebus ſpiritualibus vel temporalibus mobilibus vel immobilibus ubieunque locorum, aut quibus appellentur nominibus, Claræ memoriæ Illuſtrium quondam Bohemiæ Regum, Ducum seu Principum, Marchionum Moraviæ Progenitorum seu Prædeceſsorum Noſtrorum pia Dignatio ritè providit, aut quæ seu quas à quibuscunque personis ecclesiaſticis vel sæcularibus cujus etiam ſtatus, honoris, Dignitatis seu conditionis exiſtant obtinuiſse noscimini in omnibus suis tenoribus, ſententiis, punctis et clausulis sicut usu utentium talia approbata noscuntur de verbo ad verbum ac si tenores omnium præsentibus inserti

con-

consistèrent, etiamsi de his Jure vel consuetudine deberet in præsentibus fieri mentio specialis sicut ritè et providè processerunt approbamus, ratificamus, et de Nostræ Magnificentiæ Benignitatis gratia confirmamus. Inhibentes specialiter et expressè Universis et Singulis Principibus, et Baronibus, Nobilibus, Burgraviis, et cæteris hominibus, Incolis et Inhabitatoribus Terræ Nostræ Moraviæ cujuscunque conditionis existant nè in prædicto Monasterio Vestro Bonis, Prædiis, Villis, et Possessionibus ad idem pertinentibus; Hospitalitates, Stationes, seu quosvis insultus exerceant, seu Vos Abbatem, Conventum, Monasterium, homines et subditos Vestros aliquibus impedimentis seu gravaminibus inquietent; alioquin Burgravio Nostro de Aichhorno qui pro nunc est, et qui pro tempore fuerit ritè commisimus et expressè dedimus in mandatis, Quatenus Vos, Abbatem, Conventum, Successores, et Monasterium, homines, subditos, Possessiones et Prædia ab omnibus talibus injuriis, oppressionibus, violentiis adversus quemlibet qui quavis occasione reniti præsumpserint Auctoritate Nostra tueantur. Decernentes et Nostræ Celsitudinis statuentes Edicto, quod præfatus Burgravius, Servitores et fautores ipsius, qui ad hujusmodi defensionem Vestram auxilium præstiterint seu favorem, ad Czudarios seu quævis alia terræ Judicia citari seu vocari non debeant, sententias etiam, si quæ desuper latæ fuerint viribus vacuantes. Nulli ergo hominum liceat hanc Nostræ Approbationis et Ratificationis Paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire, sub pæna gravis indignationis Nostræ pro motu deliberationis Nostræ quibuscunque contravenientibus graviter infligendam. Præsentium sub Nostræ Majestatis sigillo testimonio Litterarum. Datum *Brune* Anno Domini Mille-

Millesimo, Trecentesimo, Quinquagesimo tertio, Quarto Nonas Mensis Julii. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXIV.

Donatio Decimarum et Jurium Montium in Petrovitz, facta Monasterio Zarensi à Tasone de Schuraw. Anno Domini 1354. *prima Maji.*

Nos Taſso de Schuraw filius Domini Joannis olim de Mesericz significamus tenore præsentium Universis præsentibus et futuris. Quod cupientes providere Saluti et remedio animæ Noſtræ omniumque Prædeceſsorum Noſtrorum et Succeſsorum, ad honorem Dei Omnipotentis et Gloriosæ Virginis Matris ejus Mariæ, damus et dedimus Monaſterio et Conventui in Sar Ordinis Cisterciensis de matura deliberatione sanoque consilio, unanimique consensu Jeschonis filii Noſtri Chariſsimi, et omnium hæredum Noſtrorum, decimas et Jura Montium omnium Vinearum, quas habemus et habuimus in Petrowitz emptas ritè et rationabiliter pro octoginta Marcis groſsorum Pragensium Moravici pagamenti, à Discreto Viro Wirchoslao nuncupato in Villa Petrowitz, cum omni Jure et Dominio prout ipsas emimus et comparavimus, et ad Nos sunt devolutæ liberè et hæreditariè, ad pitantiam Monaſterii prædicti usu capiendas, uti fruendas et perpetuè poſsidendas, taliter quod nullus hæredum et Succeſsorum Noſtrorum ac Amicorum Noſtrorum, nullo modo, nullaque ratione valeat aut poſsit ipsas Decimas et Jura Montium alienare, resumere, à præfato Monaſterio et auferre. Testes hujus Donationis et Ordinationis sunt: Dominus Joannes de Fridwurch Germanus Noſter, Dnus Buscho de Moſticz, Dominus Jes-

cho

cho filius Noſter. In cujus rei teſtimonium et robur perpetuum præsentes dedimus Sigillo Noſtro unà cum Sigillis Teſtium præscriptorum communitas. Datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo quarto. In festo Beatorum Philippi et Jacobi Apoſtolorum. Indictione septima. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXV.

Joannes Marchio Moraviæ concedit ut in bona decedentium subditorum nemo niſi Monaſterium ſe intromittat. — 1363.

Joannes Dei Gratia Marchio Moraviæ Religiosis Abbati et Conventui Monaſterii in Zahars Ciſterciensis Ordinis, Devotis Noſtris Dilectis gratiam Noſtram et omne bonum. Principum decet Clementiam sibi subditos piis prosequi favoribus, illos cum quodam singulari favore præ cæteris quibus devota Religio, et devotæ Religionis ſuffragatur observantia, quique à Dominis Progenitoribus Noſtris gratiis singularibus sunt refecti. Volentes itaque in hoc Noſtrorum Prædeceſsorum inhærere veſtigiis, et ut etiam Noſtri et Noſtrorum hæredum devota in dicto Monaſterio habeatur memoria, Vos, Veſtrum Monaſterium, et homines Vobis subditos circa omnes gratias, libertates, et indulta Noſtrorum Prædeceſsorum conservamus præsentibus, et volumus futuris temporibus gratiosius conservare; ab omnibus et singulis Nobilium, Baronum, Judicum, Juſtitianorum, Burgraviorum, Officialium Noſtrorum quorumlibet Jurisdictionibus, Decretationibus, Juſsionibus, Mandatis, et Præceptis quibuslibet, Vos, Bona Veſtri Monaſterii et homines virtute præsentium eximimus, et No-

BIBLIOTHECA REGIA

ſtræ Tuitioni et Cameræ solummodò reservamus. Volentes omninò et mandantes præcisè ut ipsis non pareatis, non obediatis in aliquo sive in omnibus agendis et causis Veſtris, Monaſterii et hominum prædictorum, ad Noſtram Magnificentiam duntaxat, vel ad hunc, quem ad hoc deputandum duxerimus de cætero recurratis. Decernentes virtute præsentium, *ut de Bonis decedentium subditorum Veſtrorum quæ ad Dominium debent devolvi* nullus se præsumat intromittere, sed ipsa debent ad Veſtram diſpositionem perpetuo pertinere. Mandamus ergo Universis et Singulis Baronibus, Nobilibus, Burgraviis, Juſtitiariis, et Officialibus Noſtris quibuslibet, qui nunc sunt, et qui fuerint pro tempore, quatenus de Veſtrorum subditorum et hominum ac Veſtris Bonis in vita et in morte non præsumant se intromittere, nec in Bonis Veſtris Judiciis præsidere, casibus in Veſtris Privilegiis duntaxat exceptis, neque etiam Vos et Veſtros homines audeant in aliquo perturbare prout propria pericula et Noſtram indignationem irremiſsibilem voluerint evitare, Harum quibus Sigillum Noſtrum appendi fecimus serie Litterarum. Datum Novæ Villæ Die Incarnationis Domini Anno Ejusdem. Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo tertio
(*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXVI.

Agitur ratione Curiæ divisæ in Hammermühl. Anno Domini 1365.

Nos *Petrus* Judex, *Jacobus Barbari* Magister Civium, *Joannes Vogl*, *Cunczmarus Plumler*, *Nicolaus Hertvici*, *Nicolaus Barbari*, *Dythmarus Bsia-*

Bsiator, Cæterique Jurati Civitatis *Iglaviæ*, præsentibus profitemur, quia Concives Noſtri Dilecti Herconlinus Vegpank et Albertus Kreüzburger dicti in Noſtri præsentia conſtituti recognoverunt se quondam vero emptionis titulo comparaſse Curiam in Saher Monachorum, quæ Hammermühl vulgariter nuncupatur à Cunczmanno Magiſtro Malleorum, qui eandem Curiam à primævo extruxit, seu plantavit. Et poſt lapsum temporis aliquanti, ipsi Curiam ipsam per medium diviserunt, sic videlicet: quod Propugnaculum cum area sua seu fundo et via patens per portam intrandi, et libere exeundi ad Propugnaculum incorporatum, ad dictum Vegpank fuerunt devoluta, quæ per succeſsum temporis sunt ad Sororium ipsorum Nicolaum Hammerſchmid Juridicè devoluta. Sed quia Curia specialis quæ retro stat in eadem Curia sit specialiter dicti Nicolai cætera verò extra dictam Curiam sita, sunt divisa veris gradibus limitata, præter Nemus seu ligna ad ipsum spectantia, quæ adhuc indivisa sunt, quotidie tamen per medium dividi poſsunt, quæ ipsi Curiæ contigua eſse dicuntur; Præsertim præscriptus Nicolaus una cum incorporatis Civibus Noſtris faſsus eſt se Curiam ipsam cum suis adhærentiis Venerabili Domino Abbati Monaſterii Sanctæ Mariæ in Saher ritè ac legitimè vendidiſse pro quindecim Sexagenis groſsorum Pragenſ. denariorum, et promiserunt insimul coram, sibi eandem libertare prout Ordo Juris poſtulat et requirit. Nam ipse Nicolaus dictam Curiam à pluribus annis quietè pacificèque poſsedit ut ipsi dicunt. In cujus rei teſtimonium Secretum Civitatis Noſtræ ad petitionem dictorum Concivium Noſtrorum præsentibus eſt appensum. Datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo quinto. feria V. Quadragesimæ, poſt Dominicam *Invocavit me.* (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXVII.

Conventio super Piscinam in Hammermühl spectantem ad Monasterium Zarense facta Anno Domini 1365. *Sabbato infrà Octavam Paschæ.*

Nos *Michael Heidenrici* Magister Civium, *Joannes de Pylgrams*, *Pesco de Pylgrams*, *Ulricus faber*, *Nicolaus* dictus *Vogel*, *Nicolaus* ferriductor, *Petrus* dictus *Vogel*, Cæterique Jurati Civitatis *Iglaviæ* præsenti Pagina profitemur, Quia Concives Nostri dilecti *Heyndlinus* dictus *Vegpank* et *Albertus Kreutzburger*, coram nobis personaliter constituti recognoverunt in pleno consilio, ubi quævis acta robur obtinent firmitatis; Quod ipsi Curiam quandam dictam Hammermühl propè Monasterium Sanctæ Mariæ in Saher Ordinis Cisterciensis ac Pragensis Diæcesis situatam, olim vendiderunt, piæ memoriæ Cunczoni Magistro Malleorum per medium bipartitam, cujus partem mediam cum Propugnaculo et fundo ipsius, sicut et ipsi hactenus pluribus annis possiderunt quietè atque pacificè vendiderunt, et quia ipsi dixerunt exceptivè dicto Cunczoni, Piscinam tibi non vendemus, quia nostra non est, sed est Monasterii istius in Saher, et Dominorum videlicet Abbatis et Conventus, quod quandocunque in ea Domini piscabuntur vel etiam piscari mandaverint, ex tunc una tibi scutella piscium tribuatur, et cum tibi hospites advenerint, iterum poteris pisces prendere pro una Scutella, nam nos ipsamdem Curiam mediam possedimus in hoc Jure, hæc fassio facta est Sabbato infra Octavam Paschæ in Communiloquio Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo quinto. Harum Nostrarum quibus Secretum Civitatis nostræ appensum est testimonio Litterarum. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num.

Num LXVIII.

Joannes Marchio Moraviæ condemnat Andream de Nechwalin ut usurpatas Vineas Monasterio restituat. An. 1366.

Joannes Dei Gratia Marchio Moraviæ, Recognoscimus tenore præsentium Universis, quod orta litis atque disensionis materia inter Honorabilem Abbatem et Conventum Monasterii in Zaar ex Una, et inter *Andream de Nehwalin* super possessionibus decimarum Vini in Glaubenruns et antiquo Rosenperch montibus existentium parte ex altera; Ipsi de mandato Nostro ex utraque parte coram Terræ Nostræ Baronibus in pleno ipsorum consilio constituti de suis Juribus coram ipsis Nostris Baronibus docuerunt, quorum Jura prædicti Barones Nostri compensantes sollicité et discreté, invenerunt pro Jure et Juris sententia, dictaverunt quod Andreas injustus extitit in decimarum possessionibus prædictarum; Mandaverunt quoque quod ipse Andreas Abbati Monasterii et Conventui percepta decimarum refunderet atque dampna, et ipsis satisfaceret de utrisque quod et fecit ipse Andreas, dans se ad gratiam Abbatis Monasterii pariter et Conventus. Quia Abbas Monasterii et Conventus Zarensis in plena et vera possessione decimarum, hujusmodi à 74. annis sine omnium impetitionibus secundum ipsorum Baronum Nostrorum testimonium extiterunt præsentium sub Nostro Sigillo efficacia et robore Litterarum. Datum Brunæ Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo sexto. Feria tertia post Dominicam Invocavit. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXIX.

Sdenko de Ronow fundat aram et anniversaria pro se suisque quotannis persolvenda. A. 1366.

Nos *Sdenko de Ronaw* ad Universorum tam præsentium quam futurorum notitiam volumus devenire. Quod ob reverentiam Omnipotentis Dei et Beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Sanctique Bartholomæi ad honorem, nec non animarum præsentium et Prædecessorum Nostrorum in subsidium et relevamen, Damus et assignamus quatuor Sexagenas Grossorum denariorum Pragens. veri et legitimi Census in Ottonis Ferrifabri Malleo, tres Sexagenas Grossorum in majori Lossenitz quæ solvitur pro fæno et graminibus, et in Curia Lewpoldi mediam Sexagenam et duos Grossos Religiosis Viris Abbati et Conventui Monasterii in Sar Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis ad fruendum, possidendum, et tenendum perpetuis temporibus pacificè et quietè, Nostro ac Nostrorum hæredum et Successorum impedimento procul moto, penitus et cessante. Istis conditionibus interclusis, ita videlicet: Quod in Altari Sancti Bartholomæi in ipso Monasterio per Nos constructo Missa una, si defunctorum fieri non potest, ex tunc cum commemoratione Animarum omni die habeatur; Item Anniversarium Patri Nostro piæ recordationis Domino *Smiloni*, Anne Conthoralis ejus, *Hynconi*, *Zmiloni* filiis suis, *Elisie Benessii de Grawarin*, *Margarethæ Ulrici* de *Bozchowicz* filiabus ejus, tertia die post *Dorothee* Conjugi, in Vigiliis et Missis defunctorum more solito, debitè et ornatè perpetuis temporibus peragere debebunt et tenebuntur. Ad quod Officium Plebanus de

Lossc-

Loſsenitz, Noſter Capellanus seu Judex ejusdem Villæ qui pro tempore fuerint eundem Censum in præmiſsis Bonis ipsis aſsignatis duas Sexagenas Groſsorum apportare debent, qui Vigiliis et Miſsis intereſse debebunt, quibus neceſsaria in Monaſterio debent miniſtrari, pecuniasque memoratas dividant in hunc modum: Primo pro cera viginti Groſsos, de qua septem candelæ fieri debent, quatuor super sepulchrum, et tres super prædictum Altare in Miſsa; Cuilibet infirmo in hospitali ibidem, per sex halleros præbendo, et residua pecunia Conventui ad pitanciam tribuatur. Infirmis et in prædicto hospitali degentibus eodem die in prandio tanta neceſsitas tribuatur sicut fratribus ordinatur. Item Domino *Hynconi* Avo Noſtro, *Elizie* Conjugi sue, *Zmiloni* et *Hynconi* filiis ejus, et *Agneti Bozkonis* de *Myletin* filiæ ejus feria sexta poſt festum Paſchæ proxima Anniversarium eodem modo proût supra exprimitur perpetuè peragatur. Plebanus verò seu Judex prædicti duas Sexagenas Groſsorum in præfatis Bonis recipientes prout præmittitur apportabunt, dividentes eodem modo, sicut præscribitur inclusivè. Vasque vini quod consuetudinaliter Succeſsoribus Noſtris et Nobis ab eodem Monaſterio dabatur et præsentabatur ipsis ut eò lautiùs Conventui in præmiſsis Anniversariis miniſtrent perpetuo aſsignamus. Cæterum verò ipsa Anniversaria non propter ipsas quatuor Sexagenas quas eis aſsignamus peragere debent, sed propter Donationes et teſtamenta Prædeceſsorum Noſtrorum ipsis uberiùs exhibita, ut ordinariè agantur easdem tradidimus gratiosè. Adjicimus insuper quodsi in præfato Malleo minera deficeret et deperiret, ex tunc in eadem area Molendinum seu agricultura pro utilitate Monaſterii conſtruatur, et quod in eodem Malleo Census non deficiat reformetur. Alias verò utilitates cum Dominio in præmiſsis aſsignationibus, excepto Censu et Curia

Lewpoldi, quæ hæreditariè ad Monaſterium devolvetur, pro Nobis et Noſtris hæredibus et Succeſsoribus reservamus. In quorum teſtimonium et robur perpetuò valiturum præsentes Noſtri ac Domini *Czenconis* de *Letobitz* Noſtri fratris Sigillorum appensionibus procuravimus communiri. Datum in prædicto Monaſterio Anno Domini Milleſimo Trecentesimo Sexagesimo Sexto. In Aſcenſione Domini. Indictione quarta. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXX.

Sententia definitiva contra Plebanum in Swratka ratione decimarum in Rzeczicz. A. D. 1366. 19. *Julij.*

In nomine Domini Amen. Dudum coram Nobis *Henrico* de *Monsterburg* Officiali Ecclesiæ Olomuczensis Episcopalis Procurator et procuratorio nomine Discreti Viri Domini *Joannis* Plebani *in Swratka* et ipsius Ecclesiæ Olomucensis Diæcesis contra Religiosum Virum Dominum *Stephanum* Plebanum in *Crizans* ejusdem Diæcesis Commendatorem Domus S. Joannis in antiqua Bruna libellum obtulit per omnia in hæc verba: Coram Vobis Honorabili Viro Domino Henrico Officiali Ecclesiæ Episcopalis Olomuc. Procurator procuratorio nomine Discreti Viri Domini Joannis Plebani in Swratka et ipsius Ecclesiæ Diæcesis Olomucensis contra Stephanum Plebanum in Crizans dictæ Diæcesis proponit et dicit cum quærela, quod ipse in præjudicium Ecclesiæ suæ decimas agrorum in Rzetczicz jacentium in finibus et limitibus Ecclesiæ suæ in Swratka antedictæ, dudum à decem

an-

annis ipsius Joannis tempore percepit et percipit, valentes quolibet anno decem modios siliginis, tritici, ordei, et avenæ simul Brunensis communi æstimatione ad decem marcas grosorum quolibet anno æstimatis, quas reddere contradicit, aut de ipsis satisfacere, licet sæpius monitus fuerit pro eisdem. Quare petit Procurator antedictus nomine quo suprà per Vos et Vestram Sententiam definitivam pronuntiari dictas decimas ad ipsum Dominum Joannem nomine Ecclesiæ suæ pertinere, Ipsique Stephano super ipsis perpetuum silentium fore imponendum, ac ipsum Stephanum ad restitutionem decimarum dictarum, si extant, aut ipsarum valorem ut suprà æstimatum summaliter fore et esse condempnandum ac per Vos ad præmissa summaliter condempnandum condempnatumque ad id censura qua convenit esse cogendum et compellendum hæc proponit et petit expensas factas, de faciendis protestando salvo Jure addimendi, minuendi &c. Ad quæ propter dicti Domini Stephani animo lite contestandi, fuit responsum negando narrata prout narrantur dicendo petita fieri non debere. Adjiciendo quod in casu et eventu ubi constaret seu constare posset de intentione partis adversæ quod eædem decimæ à tempore et per tempus cujus in contrarium memoria hominum non existit pertinuerunt et pertinebant ad Ecclesiam Matricem in Crizans ante dictam, in quorum etiam possessione per idem tempus eadem Ecclesia fuit et Rectores ejus fuerunt et sunt pacifica et quieta; A quibus quidem partibus de calumpnia et veritate dicenda recepimus Juramenta, datis quoque propositionibus et articulis pro utraque parte et ad ipsas hinc inde responsionibus subsecutis Testes more solito recepimus, depositiones eorumdem in scriptis redigendo, quorum

atte-

attestationes publicavimus, exceptionibus contra dicta Testium pro parte Domini Joannis productorum subsecutis. Tandem in dicta causa instantibus partibus conclusimus, et in eadem cum eisdem habuimus pro concluso certam diem pro audienda definitiva Sententia, peremptoriè statuentes quam ad hodiernum diem ex certis causis duximus prorogandam. Nos igitur Henricus Officialis antedictus, visis et auditis partium Juribus, et probationibus investigatis quoque et ad plenum cognitis ipsius causæ meritis, et æqua lance discussis, deliberatione insuper Nobiscum et cum peritis præhabita diligenti Christi nomine invocato et eum solum habendo præ oculis, partibus propter hoc in Nostra constitutis præsentia et Sententiam ferri petentibus, præfatum Dominum Stephanum Plebanum in Crizans ab impetitione dicti Domini Joannis Plebani in Swratka, Ecclesiæ suæ nomine super decimas agrorum Villæ in Rzeczicz in libello expressis sententialiter et definitivè absolvimus in his Scriptis, perpetuum eidem Domino Joanni et Ecclesiæ suæ antedictæ super eisdem decimis silentium imponendo; Condempnantes nihilominus dictum Dominum Joannem in expensas litis ipsarum taxatione Nobis imposterum reservata. Lata est hæc Sententia in Domo Nostræ habitationis in Bruna. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Sexto. XIX. Die Mensis Juny. Præsentibus Discretis Viris Dominis Adæ in Baczlabs, Ulrico in Stonarim Ecclesiarum Plebanis Olomucensis Diæcesis, Ulrico Commendatore Ecclesiæ in Churschin ejusdem Diæcesis, Buskone Publico Notario et Nicolao Presbytero de Briezznik. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num.

Num. LXXI.

Czenko de Luchtenburg Dominus in Vetovia de curia ſua Smaritz semi alteram marcam annue obtinendam erga ſolutas XV. marcas *Monaſterio ſpondet. A.* 1366.

Wier Ceng von Luchtenburck herre ze Vetaw und all unſer erben Tun chund und wieſen offeleichen mit dieſem prieff allen lewten di in ſehent, oder hernen leſen, daz wier mit wolgedochten muet vnd nach rat unſern peſten vreunt recht und redleichn verchauft haben den erbarn lenten Hñ Hanſen den abpte und dem conventn ze Sarz andrthalbn marche gelcze groſch. prag. phenig marharifche werung auf unſerm Gericht ze ſmaricz vnd auf allem den die darzno geherent, um fumfczehen marche groſch. pragl. phening. Ye vir und ſechzic groſch. vm ieleichn marche zeraiten. Alſo daz ſy di anderthalb march aufheben und nemen ſchulen von den richther vnd von andern vnſern amtleuten die ze der czeit do an unſern ſtat gewaltik weren. Vnd ſy ſchulens auch aufhebn vnd nemen aliweg imer eins im jar mit namen auf ſand gergen tag. vnd alſo beſtheidenleich ob daz gericht vnd daz guet ze ſmaricz abgieng von got. vnd von welichen ſachen daz chame ſo ſchulen ſy dy anderthalben marche haben und nemen auf andern unſern guten wo wier di haben. in der weis und in der zeyt alz vorgeſchribn, Wier megen auch vnd vnſer erbn vnd niemant ander die vorgen anderthalbn gelcz von egenanten abpte und conwenten wider chaufen vnd ledigen wenn wier wellen und zu welich zeit daz iſt vor ſand gergen tage, vnd em ſelichn vntſcheid, wenn wir in die offgenanten fumfczehen marche widergebn, vnd gelten ſo ſchulen ſi diſelben fumfczehen nindert andrzwo hin cheren vnd ſchiken nuor . . . . .*) vnd ſchulen ſew auch vnter vns cheren vnd anlegen, nach unſern und nach unſrn liebn pridrn hr̃ heimrichen hr̃ hinchen vnd Hr̃ Hanſen rat. vnd dez ze ein peſſer ſichrhett habn wir gepetn unſrn liebn

prue-

pruedrn Hr Hansen von vetaw daz er sein insigl ze den unsern insigl anthat ze czeugnusse disr sache und dicz priefz den wir geben nach Crystes gepurde dreiczehn hundert Jar vnd darnach in dem sechztem vnd sechczigestem Jar, dez phinstags nach dez heilign sand Jahnes tag des liebn thauffer vnsers Hn.

(*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

*) Hic pagina corrosa hiatum relinquere cogit.

Num. LXXII.

Diploma Henrici de Lipa, super Cessione Litis et nova donatione Sylvarum Bratronowitz usque ad flumen Schwartzaa. A. D. 1368.

In Nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen.

Nos *Henricus de Lipa* Supremus Mareschalcus Regni Bohemiæ. Universis Christi Fidelibus in perpetuam notitiam Subscriptorum. Quoniam ut ait Auctoritas omnes morimur, et quasi aquæ dilabimur, nè gesta hominum digna celebri et perpetua memoria, temporum dilapsu prorsus ab humana recordatione queant elabi et in dubium revocari apud posteros nimirum pretium est fide instrumentorum ejusmodi perennari; Præsertim tamen ea, quæ ad Omnipotentis Dei vitæ Datoris et Regni pertinere Cultum et Animarum remedium dignoscuntur. Eapropter Nos Henricus prædictus recognoscimus et testamur tenore præsentium Universis præsentibus et futuris, Quod Nos pietatis ac Divinæ retributionis intuitu, ob remedium Animarum omnium Antecessorum Nostrorum de Lipa felicis memoriæ, ac etiam Salutem propriam, ut in eo-

dem

dem Monaſterio eorundem Anteceſsorum Noſtrorum, ac Noſtri devota habeatur memoria, matura deliberatione sanoque amicorum et fidelium Noſtrorum consilio et etiam consensu præhabitis, pro ejusdem Monaſterij Sublevamine et reſtauro voluntarie et benivole dedimus, et ex nunc de novo vigore præsentis Litteræ, Noſtro hæredum et omnium Succeſsorum Noſtrorum nomine damus Sylvas omnes cum earum limitibus, gradibus et metis ut subnotatur, super quibus lites et controversiæ inter quondam Nobilem Dominum Czenkonem de Lipa Patruum Noſtrum, cui poſt mortem ipsius in hæreditatis linea immediatè succeſsimus, cæterosque Prædeceſsores Noſtros piæ recordationis et devotos ac Religiosos Viros Abbatem et Conventum Monaſterii Fontis Sanctæ Mariæ V. in Sar Ordinis Cisterciensis Pragensis Diœcesis parte ex altera, aliquamdiu vertebatur et demum per Nos similiter habitæ sunt, Abbati et Conventui et ipsorum Monaſterio antedictis, per eundem Dominum Abbatem et Conventum dicti Monaſterii qui nunc sunt aut pro tempore fuerint antedictas Sylvas cum earum singulis metis et limitibus quæ inter ipsius Monaſterii Villam dictam *Münchsperch* (idem ac *Wmieſtecz*) jam dictæ Pragensis Diœcesis et Oppidum Noſtrum *Novam Civitatem* dictum Olomucensis Diœcesis situatæ noscuntur cum fundo et omnibus earum pertinentiis, proventibus et utilitatibus habitis vel habendis quæsitis vel non quæsitis, super terram et sub terra, quæ nunc sunt aut succedente tempore provenire poſsent in omnem eventum pleno jure, proprietate et Dominio tenendi, habendi, succedendi, vendendi et de eisdem pro utilitate sua et ipsorum Monaſterii in toto et in parte sine quavis Noſtra, hæredum aut Succeſsorum Noſtrorum quorumcunque repugnantia vel in-

fe-

festatione, tanquam de rebus suis hæreditariis et propriis perpetue quotiescunque ipsis placuerit, præ ipsorum voluntatis beneplacito, prout eis expedire videbitur licitè diſponendi. Ad tollendam igitur cujuslibet futuræ diſsensionis materiam addicimus quod iidem fratres Abbas et Conventus per se vel per alios, dum eis opportunum eſse videbitur eas-dem metas vel limites, foveis foſsatis, acervis, et aliter qualitercunque poterunt, Nobis etiam hæredibus et Succeſsoribus Noſtris irrequisitis liberè et licitè insignire poterunt ubilibet et firmare. Tuitionem verò et advocantiam dictarum Sylvarum et bonorum ipsius Monaſterii nominatim et ſpecialiter Nobis et Noſtris hæredibus reservantes; In quibus tamen Sylvis et bonis nil aliud Juris et proprietatis Nobis et Noſtris hæredibus competit, nisi plena poteſtas aucupandi liceat, quantumcunque placuerit et venandi; Curam verò Tuitionis ipsarum Sylvarum et Bonorum dicti Monaſterii contra impetitiones, et controversias quorumlibet quotiescunque evenerit toto poſse Noſtro Nobis et Noſtris hæredibus purè propter Deum et non alterius lucri temporalis quod Nobis ab Abbate et Monaſterio prædictis ratione Tuitionis hujusmodi evenire poſset fideliter aſsumentes. Quæ quidem metæ ac limites Nobis ac Nobilibus Viris Dominis Wankoni et Potenſtein, Czenkoni Chruschinæ dicto de Leuchtenburg, Jeskoni de Pirkenſtein, cæterisque pluribus fide dignis cognitæ sunt et qui id ipsum sic eſse proteſtantur, per omnia incipiunt et desinunt in hunc modum: Primo incipiendo ab area Bratronovitz in ipsa via, quæ limitaris eſt, et per eandem viam usque ad magnum lapidem qui dicitur Bradel vel Bradek situatus à siniſtris ejusdem viæ; Item ab inde per eandem viam usque ad *Bulckowiz*, Item ab inde per eandem limitarem viam usque ad

fo-

foveam dictam *Bartonis* similiter a siniſtris ejusdem viæ situatam, Item ab inde per eandem viam usque ad viam quæ dicitur via *heroltiz*, Item ab inde per eandem supradictam viam limitarem usque ad eum locum qui nunc aquosus eſt, dictus tevtonicè Czenkenmoz, Bohemicè vero Bahno, Item ab inde per eandem limitarem viam tendentes per eundem locum usque ad fontem situatum à siniſtris ejusdem viæ sub monte dicto *Schilersberch* Item ab inde per rivulum ejusdem fontis limitarem usque ad ripam Swratka, Item ab inde per eandem limitarem viam usque ad flumen Swarczow limitarem ità quod à principio supradicto, puta viæ in area Bratronowitz, et per omnia ut præmiſsum eſt usque ad jam dictum flumen Swarczow omnes Sylvæ et Bona à siniſtris sunt et erunt hæreditaria fratrum et Monaſterii prædictorum, et à dextris noſtræ et noſtra quibuslibet et quorumlibet contradictionibus et infeſtationibus procul motis. Sicut autem hæc omnia prænotata juſtè et legitimè facta sunt, ità ea contra omnium hominum insidias et impugnationes habere volumus perpetuam firmitatem. In cujus rei evidentiam et robur perpetuo valiturum Sigillum Noſtrum et in teſtimonium Sigilla Nobilium Virorum Dominorum subnotatorum amicorum Noſtrorum, quos ad hoc specialiter pro teſtibus rogavimus præsenti Littera de certa Noſtra scientia sunt appensa, Nos quoque Henricus et Joannes Fratres de Leüchtenburk Domini in Vethonia, Joannes de Mezricz, Wanko de Potenſtein, Jesko de Pirkonſtein et Albertus de Kousung recognoscimus publicè in his scriptis prænotatam Donationem Sylvarum cum suis limitibus et omnia ea quæ superius in præsenti Littera continentur per præfatum Dominum Henricum de Lipa Religiosis ac Devotis Viris Abbati et Conventui Monaſterii in Sar memoratis in omnem modum ut prænotatur in præsenti

Litte-

Littera, de Noſtris scitu et consilio eſse factam et ad ipsius Domini Henrici speciales petitiones Sigilla Noſtra in teſtimonium præsenti Litteræ duximus appendenda. Actum et Datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Octavo, feria Secunda ante feſtum Ascensionis Domini Noſtri Jesu Chriſti. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXIII.

Inſtrumentum Permutationis super quandam Aream in Lauczans.

Nos Frater *Nicolaus* divina miseratione Abbas, Frater *Joannes* Prior, Frater *Joannes* Supprior, Frater *Nicolaus* Cellarius, Totusque Conventus Monaſterii Fontis Beatæ Mariæ in Sahars Ordinis Ciſterciensis, Récognoscimus pro Nobis et Succeſsoribus Noſtris in perpetuum. Quia Honorabilis Vir Dominus Andreas Plebanus Ecclesiæ Parochialis in Lawschans, cujus Jus Patronatus ad Nos spectare dignoscitur, singulari devotione permotus Domum olim tabernalem sitam inter muros Cemeterii et domum dotis Ecclesiæ ibidem pro habitatione sua et Succeſsorum suorum pro octo marcis groſsorum Pragensium de propria sua pecunia ritè et rationabiliter emit erga Cmiczmannum Carnificem Villanum ibidem, quam etiam Domum propter vicinitatem Ecclesiæ in domum dotis eidem Ecclesiæ in Lawschans futuris perpetuis temporibus aſsignavit et piè donavit, ac eam novam inſtructam emendavit; Et quia eadem Domus prius censualis erat prædictæ Ecclesiæ et Plebanis in Lawschans, undè nè sibi et Succeſsoribus suis ex hujusmodi emptione aliquid depereat, idem Domi-

minus Andreas mediam Aream antiquæ dotis Nobis Abbatibus et Succeſsoribus Noſtris ac Monaſterio in Sahars pro utilitate et ampliori commodo Ecclesiæ Noſtræ sitæ ibidem in Lawschans pro quatuor marcarum dictorum groſsorum ritè vendidit et donavit tali conditione, quod Nos et Noſtri Succeſsores Abbates vel Magiſtri Ecclesiæ Noſtræ in Lawschans quos illic deſtinare decreverimus censum et Steüram quæ tangebant prædictam Domum Tabernalem quæ nunc nova dos eſt, Eidem Domino Andreæ et suis Succeſsoribus plenariè solvere debeant quotiens fuerit opportunum; Insuper præfatus Dominus Andreas nomine Succeſsorum suorum Nobiscum ac Succeſsoribus Noſtris propter bonum pacis talem fecit ordinem, ut quandocunque interſtitium videlicèt paries vel ſeps mediæ antiquæ dotis versus Curiam Noſtram, inter Nos reformare indigebit, ex tunc Dominus Andreas parietem vel ſepem in quam ſtabulum vel commodum jam fecit, reformare debet, et Nos vel Noſtri Succeſsores etiam parietem in quem ſtabulum et commodum fecimus quilibet in suo loco reformare et emendare tenemur, et si quis in eodem pariete vel interſtitio ad emendandum defecerit vel ſuperfuerit, hoc nos ambo cum pecunia communi reformare debemus, Sic quod pars media ipsius dotis sita et contigua Plebano pro utilitate et amplificatione novæ dotis Ecclesiæ perpetuè remanebit. Nos igitur Abbas et Fratres prædicti, tractatum præmiſsum rationabilem et utilem Nobis et Monaſterio noſtro et dicto Domino Andreæ et suis Succeſsoribus fore considerantes de unanimi et Capitulari Noſtro consensu præmiſsa omnia rata et grata tenere promittimus et laudamus. In cujus rei teſtimonium præsentes Litteras Nos Abbas et Conventus prædicti in Sahars nec non et ego Andreas Plebanus in Lawschans Sigillorum Noſtrorum feci-

mus appensione communiri, ac per Joannem de Geillhusen publicum Notarium ac Civitatis Brunensis Scribam publicari et in hanc formam redigere rogavimus. Datum et actum in Domo Habitationis Nostri Abbatis sita in Bruna ex opposito Cæmeterii Sancti Jacobi, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo quarto, Indictione septima, Die XXIJ Mensis Juny Hora sexta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Urbani Divina Providentia Papæ Sexti, Anno septimo. Præsentibus Discretis Viris Dominis *Nicolao Herbsleben*, et Domino *Bonzone* Capellano ad Sanctum Mauritium, *Johanne de Budewitz*, *Bobokone* de *Crizans*, & *Johanne* Scholari de *Budessin* Testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego *Johannes* quondam *Conradi* dicti *Beichmut* de *Geylnbawsen* Moguntinensis Diæcesis Publicus Auctoritate Apostolica et Imperiali Notarius ac Scriba Brunensis, prædictis, Permutationi, Tractatui, et aliis omnibus quæ exprimuntur superiùs, una cum prænominatis Testibus præsens affui, eaque sic fieri vidi et audivi & aliis arduis negotiis occupatus præmissum Tractatum per alium scribi feci, ac me manu propria subscripsi et in hanc publicam formam redegi, ac signo et nomine meis solitis consignavi in evidens testimonium omnium præmissorum vocatus ad hoc specialiter et rogatus. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXIV.

Quietantia soluti debiti à Nicolao Abbate Zarensi Parthenoni Oslavanensi A. 1392.

Nos *Agnes* Abbatissa, *Dorothea* Priorissa, *Elisabeth*, Supprioríssa, *Eufemia* Cellaria, Totus-

tusque Conventus Monasterij *Vallis Sanctæ Mariæ in Osla* Ordinis Cisterc. Olomucensis Diæcesis. Notum facimus tenore præsentium Universis, qvod Venerabilis Dominus *Nicolaus* Monasterij Fontis Sanctæ Mariæ in *Saar* prædicti ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis per amicabilem compositionem & concordiam inter nos factam, nobis suo & Conventus dicti Monasterij nomine, totum debitum in quo nobis & Monasterio nostro dignoscebantur, debitoriè obligari persolvit plenarie, & ex toto cum effectu, de qvo qvidem debito dictum Dominum Nicolaum Abbatem ejusq; Conventum quietamus, liberamus, & absolvimus ac qvietatos reddimus nostro ac Cunctorum, qvos dictum concernebat debitum nomine, liberos & solutos, sub harum qvibus sigilla nostra una cum sigillo Venerabilis in Christo Patris & Domini Domini *Conradi* Abbatis *Wellegradensis* sunt appensa testimonio Litterarum. Datum Brunæ Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Secundo, in Crastino Margarethæ Virginis & Martyris Gloriosæ. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num LXXV.

Instrumentum Sententiæ Officialis Pragensis, in causa Decimarum Vini in Pusdram Monasterio Zarensi adjudicatur.

A. 1393.

In Nomine Domini amen. Coram nobis *Nicolao Puchnek* Licentiato in Decretis, Pragensis & Olomucensis Ecclesiarum Canonico, Curiæ Archi Episcopalis Pragensis & Apostolicæ Sedis Legati Officialis. Providus Vir Magister *Conradus de Brachis* Advocatus Consistorij Pragensis, Procurator & nomine procuratorio, Honorabilium & Religiosorum Virorum Dominorum Abbatis & Conventus Monaste-

rij in *Zdiar* Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis, de cujus mandato constat per acta causæ prioris insinuatione, Litteram citationis nostram datam sibi contra Dominum *Bohunconem* Plebanum Ecclesiæ in *Pusdram* Olomucensis Diæcesis, in qva citabatur ad videndam sententiam deffinitivam contra ipsum, & pro parte prædictorum Dominorum Abbatis & Conventus per nos prolatam debite executioni demandari, & expensas in husmodi causa factas taxari, vel causa rationalis qvare præmissa fieri non debeant allegari, sigillo officialatus sigillatam debiteq; examinatam unacum Sententia deffinitiva prædicta exhibuit & produxit, per qvam pronunciamus, decernimus & declaramus præfatos Dominos Abbatem & Conventum, ac Monasterium Sanctæ Mariæ in *Zdiar* fuisse, & esse spoliatum, & restituendum ac reintegrandum, restituimus & reintegramus in & ad pristinam possessionem perceptionis tertiæ partis decimarum vini ratione Dominij fundi cum Jure montano de vineis tribus in Libello ipsorum descriptis. Deniq; Dominum *Bohunconem* Plebanum Ecclesiæ in *Pusdram* condemnandum & cogendum, condemnamus & cogimus, ad dandam, assignandam & solvendam de cætero & in antea tertiam partem Decimæ Vini cum Jure montano de Vineis ante dictis, nec non centum & duodecim Grossos pro retentis Domino Abbati & Conventui & Monasterio in *Zdiar* ante dictis, nec non legitimas litis expensas, qvarum taxam nobis inposterum reservamus, prout ea omnia in dicta sententia plenius continentur. Qvibus exhibitis præfatus Magister *Conradus* nomine procuratorio qvo supra petivit hujusmodi sententiam debite executioni demandari, et expensas in hujusmodi causa factas taxari vel causam rationabilem, qvare ea fieri non debeant, allegandam. Pro causa vero rationabili qvare prædicta Sententia debite executioni de-

man-

mandari, & expensæ taxari non debeant, Honorabilis Vir Magister *Jacobinus* Advocatus similiter Consistorij Pragensis, Procurator, & nomine procuratorio prædicti Domini *Bohunconis* Plebani, de cujus mandato similiter constat per acta causæ prioris instantiæ, qvandam exceptionis causam unacum qvodam instrumento publico manu *Joannis Petri de Asperhan* Clerici Trajectensis Diæcesis Publici Apostolica & Imperiali auctoritate Notarij confecto, signo & nomine ipsius solitis & consvetis consignato, ad probandam diligentiam de prosecutione Apellationis suæ exhibuit & produxit. Contra qvæ producta Magister *Conradus* generaliter verbo & sine scriptis replicavit, tandem dictis Procuratoribus partium antedictarum coram nobis in Judicio comparentibus & super deductis in Judicium per nos interloqvi petentibus. Nos vero visis omnibus & singulis in causa hujusmodi deductis & allegatis ipsisq; matura deliberatione discussis, interlocutoriam nostram adpetitionem dictorum Procuratorum in Scriptis tulimus hujusmodi sub tenore; interloqvendo pronunciamus prædictam sententiam fore executioni debite demandandam, expensasq; taxandas, & ipsam præsentibus executionem debite demandamus, & condemnamus ream partem in litis præsentis expensas, qvarum taxam nobis inposterum reservamus. Lata & lecta est hæc interlocutoria sententia in Consistorio Pragensi hora tertia Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Tertio, die XXI. Mensis Februarij. Præsentibus Magistro *Vito de Dobrzan Petro de Zderas Advocatis*, *Wenceslao Mista*, *Andrea Zalnetz* Procuratoribus dicti Consistorij Pragensis. Datum Pragæ sub Sigillo Officialatus Curiæ Archi Episcopalis Pragensis antedictæ. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXVI.

Bulla Bonifacij Papæ IX. ſuper Ecclesias Parochiales Monasterio Zarensi incorporatas, in Sar, in Lauczans, in Bobrova Superiori, & Zagetz.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filijs Abbati & Conventui Monasterij Fontis Beatæ Mariæ Virginis in Sar Cisterciensis Ordinis, Pragensis Diæcesis Salutem & Apostolicam Benedictionem. Sacræ Religionis sub qva devotum & sedulum exhibetis Altiſsimo famulatum, promeretur honestas ut votis Veſtris in his præsertim, per qvæ veſtris & ejusdem Monaſterij utilitatibus consulitur favorabiliter annuamus. Exhibita siqvidem nobis nuper pro parte Vestra petitio continebat, qvod dictum veſtrum Monasterium, in qvo olim magnus numerus Religiosorum prædicti Ordinis eſse, & etiam hospitalitas non modica teneri & observari consvevit, & ingens Divinus Cultus viguit, ac multa fiebant opera pietatis, causantibus Guerris & alijs calamitatibus, qvæ partes ipsas afflixerunt, in suis facultatibus ita diminutum est, qvod Solitus hujusmodi numerus Religiosorum prædictorum sustentari, tanta hospitalitas observari ac hujusmodi Divinus Cultus vigeri, & opera pietatis fieri, ut fieri consvevit in eodem commode non valeat. Qvare pro parte vestra, Nobis fuit humiliter supplicatum, ut in relevamen præmiſsorum in *Sar*, in *Lauczan*, in *Bobravia Superiori* & *in Zagetz* Parochiales Ecclesias Olomucensis Diæcesis, qvæ ut aſseritis de Jure Patronatus ipsius Monasterij existunt, & qvarum qvadraginta eidem Monasterio, cujus Qvinqvaginta marcarum argenti puri fructus redditur & proventus secundum com-

mu-

munem æstimationem valorem annuum ut aſseritis non excedunt, perpetuo incorporare annectere & unire de Speciali Gratia dignaremur. Nos igitur hujusmodi Supplicationibus inclinati, prædictas Ecclesias cum omnibus Juribus & pertinentijs suis eidem Monasterio Auctoritate Apostolica tenore præſentium in perpetuum incorporamus annectimus & unimus: ita qvod cedentibus vel decedentibus Dilectis Filijs Rectoribus ipsarum Ecclesiarum, qvi nunc sunt, vel illas alias qvomodolibet dimittentibus liceat vobis corporalem poſsesſsionem ipsarum Ecclesiarum auctoritate propria liberè apprehendere & perpetuo retinere, omnesq; fructus, redditus & proventus ipsarum Ecclesiarum in usus proprios, in Supportationem onerum prædictorum convertere ac etiam deputare, ipsasq; Ecclesias & curam Parochianorum earundem per Idoneos Monachos ejusdem Monasterij, per Abbatem dicti Monasterij pro tempore existentem, duntaxat & ad Ejus nutum ponendos & removendos regi facere, Diæceſani pro tempore existentis & cujuslibet alterius licentia vel aſsensu super hoc minime reqvisitis. Volumus autem qvod in Præfatis Ecclesijs solitus Ministrorum numerus nullatenus minuatur, & inibi deserviatur laudabiliter in Divinis ac hujusmodi cura pro tempore diligenter exerceatur, ut fieri hactenus consvetum eſt, & qvod Jura Episcopalia & alia ipsarum Ecclesiarum onera consveta teneamini integre supportare. Non obstantibus Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac ſtatutis & consvetudinibus Monasterij & Ordinis prædictorum qvibuscunq; contrarijs, Juramento Confirmatione Apostolica vel qvacunq; firmitate alia roboratis. Qvod si aliqvi superprovisionibus sibi faciendis de husmodi Parochialibus Ecclesijs aut alijs beneficijs Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Nostras vel Prædeceſsorum

nostrorum Romanorum Pontificum aut Legatorum Sedis Apostolicæ Litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & Decretum vel alias qvomodolibet sit processum, qvas qvidem Litteras & processus habitos per eandem ad prædictas Ecclesias volumus non extendere, sed nullum per hoc eis qvoad assecutionem Parochialium Ecclesiarum aut Beneficiorum aliorum pene Judicium generari, & qvibus libet Litteris, indulgentijs & Privilegijs Apostolicis, generalibus vel specialibus qvorumcunq; tenorum existan t, per qvæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat, qvomodolibet vel differri & de qvibus qvorumq; totis tenoribus ac de verbo ad verbum haberi debeat in Nostris Litteris mentio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane si secus super his à qvoqvam, qvamvis auctoritate scienter & ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ incorporationis, annexionis, unionis, voluntatis & Decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si qvis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEi & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ ad Sanctum Petrum XV. Cal. Junij Pontificatus nostri Anno Sexto. (*Ex libris Erect. Arch. Metrop. Prag. & Analectis Pitterianis.*)

Num. LXXVII.

Testimonium Curiæ Alodialis in Villa Perchtolsdorff Monasterio Zarensi venditæ. A. 1394.

Ego *Jacobus* dictus *Zoffler* Canonicus Brunensis. Notum facio tenore præsentium universis, qvod

quod animo bene deliberato, nec non & amicorum meorum pleno consilio præhabito Curiam meam Alodialem in Villa *Percbtolsdorff* sitam, qvæ ad me rite & rationabiliter per mortem Patris mei piæ memoriæ fore devolutam, Honorabilibus & Religiosis Viris ac Dominis *Nicolao* Abbati & Conventui Fontis Sanctæ Mariæ in *Sabers* Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis, vendidi, tradidi & justæ venditionis titulo, condescendo præsentibus & resigno, pro viginti Marcis Grosorum Pragens. bonorum denariorum moravici numeri & pagamenti minus unam marcam, qvam qvidem pecuniam mihi dederunt, assignarunt, & effectivè cum integritate persolverunt, cùm bonis pecunijs promtis & paratis; Ea propter spondeo & promitto bona mea fide Christiana omni sine dolo & fraude, sine omni contradictione præfatam Curiam cum omnibus suis pertinentijs à qvolibet homine impeteretur, prout Jus Emphitevticum qvod vulgariter Purgrecht nuncupatur exbrigare & libertare sicut Jus Purgrecht poposcit & requirit nullis contradictionibus implicatis, sub omnibus rebus meis mobilibus & immobilibus. Qvod si non fecerim ex tunc omnia & singula damna quæ cunq; perceperint proter non exbrigationem, qvæ rite poterint demonstrare, teneor & promitto præfatis Dominis refundere, & cum integritate expedire, omni contradictione procul mota. In cujus rei evidentiam Sigillum meum & in testimonium Sigilla prudentum Virorum *Nicolai* dicti *Perbein* & *Friczonis Zarwuch* Juratorum & Civium in Bruna præsentibus sunt appensa. Datum Brunæ feria qvarta ante Assumptionem Virginis Gloriosæ Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Qvarto. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXVIII.

Joannes & Nicolaus Hæredes Peſsikonis profitentur sibi venditam Villam Gozlor *Anno Domini* 1396.

Ego *Joannes* & ego *Nicolaus* Hæredes *Peſsikonis* olim residentis in *Gozlor* notum facimus harum Inspectoribus Universis præsentibus & futuris, Nobis à Religiosis & Honorabilibus Domino Abbate & Conventu Monasterij in *Sar* Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis Litteras eſse traditas super Personali Poſseſsione jam dictæ ipsorum Villæ *Gozlor* per omnia in hunc modum.

Nos Fratres *Joannes* Abbas, *Joannes* Prior, *Nicolaus* Supprior Totusq; Conventus Monasterij Fontis Sanctæ Mariæ Virginis in *Sar* Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis, recognoscimus tenore præsentium Universis præsentibus & futuris, qvod prævia matura deliberatione & communi Tractatu inter nos præhabito, omniumq; nostrum bona voluntate præhabita ad instantiam & honorem Nobilis Baronis ac nobis fidelis & Generosi Fundatoris Nostri Domini *Joannis* de *Mezrzicz* Villam noſtram *Gozlor* nuncupatam cum Judicio cæterisq; attingentijs, proprietatibus & usufructibus suis qvibusvis, dedimus & damus, & aſsignamus virtute præsentium Honestis Clientibus ejusdem Domini *Joannis* *Joanni* & *Nicolao* qvondam hæredibus *Peſsikonis* in ipsa Villa *Gozlor* bonæ memoriæ qvoad vixerint liberè & pacificè poſsidendam, Salvis tamen infrascriptis conditionibus effective per omnem eventum, utpote non obſtantibus alicujus destitutionis ipsius Villæ prætextu, seu cujusvis sinistræ sortis eventuris omnimodè observandis, Inprimis qvod ijdem Clientes annis singulis nostro Monasterio de ea-

dem

dem Villa Sex Laneos continente importent & assignent tertiam dimidiam Marcam Grosorum Denariorum Pragens. Moravici pagamenti & numeri ad Bernam Regalem qvæ *Steura* Provincialis in Moravia dicitur, qvoties eam imponi & recipi contigerit per Principem Moraviæ, juxta taxam Laneorum confinium villarum ibidem, et nihilominus unus illorum cum uno equo quoties et, dum requisitum fuerit ipsi Monasterio famulari sit adstrictus expedite sinè contradictionis obstaculo. Si verò ipsi predicti clientes *Johannes* et *Nicolaus* in premissis prestandis videlicet marcis Berne Regali et Servitio conjunctim vel divisim notabiliter segnes aut desides fuerint, vel volente Deo carnis debitum exsolverint universe, ex tunc prefata villa *Goslor* continuo et liberè cum Judicio, ceterisque attinentiis, suis memoratis, ad dominium nostri monasterii redeat, et possessionem perpetuo quibusuis et quorumvis contradictionibus postpositis et semotis. In cujus rei testimonium et robur presentes fieri et sigillorum nostrorum Abbatis et Conventus predictorum appensionibus fecimus communiri. Datum et actum in Monasterio *Sar*, Anno Domini millesimo Trecentesimo nonagesimo sexto, in Festo Beati Georgij Mart. indictione qvarta. Nos igitur prædicti Hæredes *Joannes* & *Nicolaus* omnia & singula in prædictis Litteris nobis traditis, conditionata & expræsa pro Monasterio, & signanter de præstandis marcis Bernæ Regali & Servitio ut præfertur effective implere, & observare tenebimur, & Spondemus nostræ sub fidei vadimonio & honoris ipsamq; Villam nulli vendere, obligare vel exponere, in alium statum committere, aut homines ibidem ultra posse qvoqvomodo aggravare. In cujus rei Testimonium & roboris firmitatem præsentem paginam dicto Monasterio in *Sar* contulimus, Sigilli supradicti Domini nostri *Joannis* appen-

pensione solito roboratam. Datam & actum loco, Anno, Festo, indictione, qvibus Supra. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXIX.

Confirmatio Episcopi Olomucensis & Capituli ratione compromissi facti inter Abbatem Zarensem & Damianum Rectorem Ecclesiæ Parochialis in Nova-Civitate. A. 1397.

Nicolaus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus Olomucensis, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Olomucen. tenore præsentium recognoscimus Universis. Qvod cum pridem Venerabilis Abbas & Religiosi Viri Conventus Monasterij Fontis Sanctæ Mariæ in *Zar* Pragensis Diæcesis Ordinis Cisterciensis ex una, & *Damianus Barc* Parochialis Ecclesiæ in Nova Civitate nostræ Diæcesis parte ex altera, super qvibusdam Decimis, damnis & Interesse, ac Lites & qvæstiones qvas mutuo intraverunt & inter se habuerunt, Coram certis Judicibus, super qvibus propter bonum pacis & concordiæ in honorabiles Viros Dominos & Magistros *Nicolaum Bithomisl* Arbitrum, & *Adamum* Doctorem Decretorum Archidiaconum Gradicensem Super arbitrum, hinc inde tamqvam in Arbitros, seu amicabiles compositores, de alto & basso sub pæna ducentarum grosorum Sexagenarum Pragensium, concorditerq; promiserunt eorum parere mandatis & pronuntiationi sicut in compromisso super hoc facto, & ejus forma plenius expressatur. Et cum post hoc nobis supplicaverint, ut propter majorem firmitatem, eo qvod idem Damianus cum Ecclesia sua nostræ esset Diæcesis & Juris dictionis eidem compromisso consentire ipsumq; auctorizare

ut

ut valeret dignaremur. Nos itaq; ipsarum partium petitionibus tamqvam justis annuentes, præmiſso Tractatu solemni, dictum compromiſsum ut supra in sua forma factum gratum & ratum habentes, eidem præsentibus consentimus ac ipsum approbamus & auctoritate nostra ordinaria cum ipso Capitulo nostro, præsentibus in his scriptis auctorizamus. In qvorum omnium & singulorum testimonium, nostrum Sigillum unacum sigillo dicti Capituli nostri, de nostra certa Scientia præsentibus sunt appensa. Datum & actum Olomucij Anno Domini Millesimo Trecententesimo Nonagesimo septimo Indictione 5ta Die nona Mensis Januarij, hora nona vel qvasi Pontificatus Sanctiſsimi in Christo Patris ac Domini nostri Domini Bonifacij digna Dei providentia Papæ noni Anno Septimo. Præsentibus Honorabilibus & Discretis Viris Dominis *Hartklebo*, Magistro *Sandero* Archidiacono, *Joanne* & *Martino* de Uteri Canonicis dictæ Ecclesiæ Olomucensis circa præmiſsa Testibus constitutis.

Et ego *Mathias* qvondam Duchomij de *Olomucz* Clericus Olomucensis Diæcesis Publicus auctoritate Imperiali Notarius, præmiſsis omnibus & singulis dum sic fierent & agerentur, unacum prænominatis Testibus præsens interfui, eaq; sic fieri vidi, & audivi omniaq; & singula conscripsi manu propria, signoq; & nomine meis solitis atq; consvetis signavi rogatus, & reqvisitus in fidem & Testimonium omnium & singulorum præmiſsorum.
(*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXX.

Nicolaus Malleator vendit Monasterio Zarensi Molendinum Hammermühl pro Sexaginta & una Sexagena Groſsorum Anno Domini 1406.

Ego *Nicolaus* Malleator dictus Juvenis Magister, Notum facio istius & futuræ ætatis hominibus Universis. Qod cum Molendinum nostrum *Hammermühl* vulgariter nuncupatum, honorabilibus Viris & Religiosis Domino Abbati & Conventui Monasterij fontis Sanctæ Mariæ Virginis in *Sar* Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis vendendo, qvod & actualiter vendidi pro Sexaginta & una Sexagena Groſsorum, *Litteram* super idem Molendinum *mihi olim* à jam dicto Monasterio *traditam resignare debuiſsem*, *faſsus sum* coram fide dignis & fateor ac recognosco coram Judice & Juratis ac tota Communitate opidi in *Sar* & ubiq; locorum fatebor, *qvod eadem Littera mihi est combusta*, Loco cujus præsentem recognitionis Litteram Ipsis Abbati videlicet & Conventui supradictis aſsigno ea ratione, ne aliqvis hominum in futurum fingendo sibi Litteram surreptitiam aut fraudulentam, eos in eodem Molendino, qvod pleno Jure & Dominio ad ipsum Spectante à me Supradicto *Niccolao* Malleatore per memorata exemerint, poſsit infestando molestare. Qvam recognitionis meæ Litteram, Dominus Abbas & Conventus sæpe dicti una mecum petivimus Dominum *Czenkonem* de Lypa alias *de nova Civitate* & Dominum *Czenkonem de Lethowycz* alias de *Ronav* nec non Cives de *Sar* sigillis ipsorum in majus Testimonium & robur communiri. Datum in supradicto Monaſte-

sterio *Sar* Anno Domini Millesimo Qvadringentesimo Sexto. In Festo Beatæ Margarethæ Virginis & Mart. Indictione XIIIIta. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXI.

Agitur de qvodam Censu ad Monasterium Zarense Spectante. Anno Domini 1406.

Ego Dominus *Mylota de Mezerzyecz* alias de *Crisano*, recognosco harum Serie inspici entibus universis præsentibus & futuris, qvod in causa qvæ vertebatur inter Dominum Joannem Abbatem & Conventum Monasterij Fontis Sanctæ Mariæ Virginis in *Sar* Cisterciensis Ordinis Pragensis Diæcesis parte ex una, & honestum Clientem nomine *Styedron* parte ex altera, ob non solutionem cujusdam Census ipsi Monasterio de medio Laneo & curticula, talem feci concordiam inter eos; videlicet qvod ipse Dominus Abbas & Conventus ob Propinqvorum meorum respectum de censu per plures Annos ab ipso *Styedronone* retento supersedere debeant, eidem omnino & totaliter remittentes, & ipse *Styedron* à festo Sancti Wenceslai proxime nunc venturo, & deinceps sine aliqva postrogatione de eodem Laneo & Curticula Monasterio prædicto debeat censuare tamdiu, qvoad usq; ibidem hominem in eadem curticula & medio Laneo, qvi eundem Censum integraliter & fideliter sæpe dicto Monasterio porrigeret, collocaret, qvæ bona fide & sine dolo coram me & alijs qvampluribus fide dignis promisit re facturum. Dum autem vocante Deo prædictus *Styedron* debi-

tum

tum carnis solveret universæ, ex tunc mox prædicta Curticula cum medio Laneo libere & absq; omni contradictione qvorumlibet, cum omni Jure & Dominio & omnibus pertinentijs suis qvocunq; vocentur nomine, ipsum Monasterium de cætero perpetuis temporibus respiciat, contingat, & devolvatur. In cujus rei evidentiam & munimine Sigillum nostrum proprium cum Sigillo prænotati Clientis *Styedron* præsentibus duxi appendendum. Datum in prædicto Monasterio *Sar* Anno Domini Millesimo Qvadringentesimo Sexto, in Festo Beatorum Martyrum Mauritij Sociorumq; ejus. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXII.

Venditio cujusdam Boni Hruſky, facta Anno Domini 1409. *In die Sancti Galli.*

Ga Brzenegek z Ryzemberga, Wyznawam timto Lyſtem obecznie wſſem, kdoż geg vzdrży, nebo cztaucz vſlyſſi, ſe ſwim rozmyſlem a mych Przatel ſ radau ſprawedlywem Trhem a prodagem, prodal gſem a prodawam, pul ſeſſta Lanu platneho a uſedleho we Wſy w Hruſſkach, a cztyri poſedły y ſ Mleynem, tudez ſe wſſim przyſluſſenſtwim a ſpożitky tiech Lanuw y toho Mleyna. Take gſem prodal a prodawam pul Hrzywny platu na druhem Mleyzie we Sbyſſowie, a ty giſte Lany ſ gegich przyſluſſenſtwim, y take Mleyn w Hruſſkach, a pul Hrziwny platu na druhem Mlegnie we Sbyſſowie, ga Brzenegek gmenowany prodal gſem a prodawam k uprawemu dziedictwy, tak gakoż gſem to drżel ſe wſſim prawem y Panſtwym za dewadeſat Hrziwen groſſuw Prazſkych Strzybrnych Morawſkeho Czyſla, a platiegicze za kazdau Hrziwnu cztyri a ſſedeſat groſſuw poczitagicz, ſſechetnie panj Gud-

cze

cze Manželcze Panj Ganowj rzeczeneho Puklycze z Czechowyz gegj Erbom, kterežto Erby držiwie gmenowanym Panem Ganem bude mytj, a wgernym rukam Panu Ganowy Puklyz držiwe rzeczenemu a Bohussy z Habrowan Sedienim wRažyssy Stregczy Panj Gutky prwe rzeczeneg, a to gyste zbožy Lany, Mleyn, a zdruheho Mleyna plat diedicztwie a wlastenstwie z wrchu pšane. Ga Brzengek czasto pšany timto Lystem odluczugj od sebe y od swych Erbuw, a gmenowany Panj Gudcze gegy Erbom a wgernym Rukam držiwe pšanym to Zbozy pržywlastniugy, a geho postupugj a postaupil gsem prawym a wiernym Prodagem, wtom sobie žadneho Ustrku neb noweho Nalezu neczinicz: za kterehožto zbožy Lanuw, Mleyna, Platu pul Hržiwny sprawu gsine Rukogmy podle rzeczeneho Brzengka my Oldržich rzeczeny, Stok z Branitz, Pessik z Lhoty, Matiegek z Žarussicz, Arkleb z Rzičzan; A slybugem zań za Brzengka, a snim spolecznj ruku nerozdielym, nassy dobrau a czystau Wyru Bezelstwj a bezewssj odpory gim držiwie pšanym Sukupum to Zbožj gmenowane na prwnim Sniem panšky, kdyss Dczky zemske w Brnie budau neyprwie odewrzeny, we Dczky wložitj a wepsatj y pržidieditj, a sobie y swym Erbom, nebo kdož by na tom Zbožy czo mniel, zdesk wylozitj, wypsatj a wymazatj bez zwrchupšanych Sukupuw pracze, Nakladu a Sskody. pakly bychom toho zbozy gmenowaneho na prwnj Sniem newložyljy, a Dczky odewrzeny byljy, y hned ktery kteraž dwa z nas Rukogmy gmenowatych budau napomenuta, mame w Leczy, a z kženj nemame wigiezdietj, až bychom nassym Wieržitelom we Dczky wložily zbožy swrchu pšane, a od desk wloženy až do trzy Leta protiw kždemu Czlowieku duchownjmu y Swietczkemu, Žydu nebo krzestianu wdowyho Wiena y od Syrotkuw slybugem odwaditj oswoboditj a sprawitj, až by to Zbožy nebo Dil gebo, kdo Semskym prawem narzekl. A gesly že by ktery z pržatel z wrchu pšaneho Brzengka o to se pokusil chtiez to Zbožy wyplatitj nebo ssutj, tehdy

my Gystecz a Rukogmie czasto psany, slybugem to Zbo-
zj odwaditj a wyprawitj swim Nakladem na swug Grcss,
aby wzdy czastogmenowany Sukupy przitom zbozy ostaly.
A gesly ze bychom my Gystecz a Rukogmie gmenowany
toho Zbozy nemohly sprawitj a wyswoboditj, gakoz giss
psano stogj, tehdy slybugem drziwie rzeczenym Sukupum
gych penize dewadesate Hrziwen a dwaczet Hrziwen za
powyssenj we Cztwrtj Leta nawratitj a datj podle obycze-
ge Zemnie Morawsky a Prawa. Pakly bychom toho wsse-
ho neuczinily, czehoz Buch nedeg, tehdy kteryz bychom
dwa bylj napomenuty neyprwe, od Panj Gudky gegich
Erbuw, nebo od wgernych ruk czastopsanych, prwnj dwa
z nas Rukogmy y hned geden na druheho neukazuge anj
se geden druhym wymlauwage, mame a slybugem nassy
dobrau a czistau wyrau bezelstwy u Prawie a przibytku
kzeni, wleczj, a wygetj do Mniesta do Brna w dum
Cztneho Hospodarze skrze nasse Sukupy gmenowane nam
vkazaneho nebo sebe mysto slybugem poslatj Panossy Ritir-
skeho Rzadu kazdy s gednim Pacholkem a se dwyma ko-
nima, a gesly ze bychom w tom kzenj cztrnacte dnj po-
rzad lezely a z wrchu psany penize dewadesat Hrziwen
gystiny, a dwaczet Hrziwen powissenj zwrchupsanym Su-
kupom nebyly nawraczeny a zaplaczeny, tehdy druha z nas
dwa Rukogmy, kteraz bude z kzenj napomenuta od cza-
sto psanych Sukupuw, take slybugem w leczj a w getj
do tehoz Mniesta w tuz Hospodu ku prwnima dwauma,
a tak az do poslednich Rukogmy, a z toho lezenj na zadne
prawo anj kterem obiczegem nemame wigetj anj vgitj
wssech nas sest Sestj Pocholky a se dwanaczmy konimy,
dokawacz bychom gmenowanym Sukupum drziwie rzecze-
nych dewadesat Hrziwen gystiny a dwaczet Hrziwen powissenj
nezaplatily, gako gsme slybylj, a dokud dosti neuczinime za
wssecky sskody nassim Sukupum, ktereby wzalj pro cza-
sto psaneho Zbozj nezprawene a w dczky newlozene budto
naklad Poselstwj, gyzdy, nebo kterak kolwiek gynak, ge-
slyby to mohly sprawedlywe ukazatj bez Studu a bez

wie-

wierowanj, ty wſſechny ſſkody gim ſlybugem zaplatiti aż do plnoſti. A gesly że by z nas Rukogmy czaſto pſanych w ten Mnieſicz, ktery ſſel, gmenowane wgeczy dokonany nebyly, tehdy mj oſtatnj Rukogmy ſlybugem myſto toho umnieleho gyneho Żiweho tak dobreho a doſtaleho w Mnieſiczy odeſlany k ſobie przeſtawitj, a Lyſt Slowo od Slowa obnowitj podle leżenj z wrchu pſaneho. A kdo by tento Lyſt mniel ſ dobrau a znamenitau wuly Panj Gutky gegich Erbuw, nebo wiernych Ruk czaſto pſanych, ten ma mocz y prawo upomynatj, y uczinitj to wſſe, czoż z wrchu tohoto Lyſta pſano ſtogy. Tiech wieczy na potwrzenj a pro lepſſj gyſtotu, my Gyſtecz y Rukogmy gmenowany peczety gſme ſwe przżiwgeſitj k tomu Lyſtu, genż den po Narozenj Syna Bożiho Leta tiſiczteho cztwrteho Sta a dewateho Leta, den Swateho Hawla. (*Ex Origin. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXIII.

Sententia Abbatis Scotorum Viennensium adversus Czenkonem de Lipa detentorem malleorum Zarensium 1409.

Universis et ſingulis Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, et eorum vices gerentibus per civitatem et Dioc. Pragens. ac alias ubilibet constitutis Salutem in Domino, et mandatis nostris ymo verius apostolicis primitus obedire. *Thomas* permiſsione divina Abbas Monasterii b. Marie Virginis Scotorum in vienna ordinis S. benedicti pataviensis dioceſis Conservator ... Abbatum et Abbatiſsarum ordinis cisterciensis vna cum cunctis nostris in hac parte collegis c ..... quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium ſeu alios etc. a ſede apostolica ſpecialiter deputatus prout in literis apostolicis inde confectis, quarum tenor per omnia ſequitur in hæc verba:

Clemens episcopus servus servorum dei ven: fratri . . . episcopo waradiensi et dilectis filiis . . . sancti Martini de sacro monte pannonie ac b. virginis scotorum in vienna Jauriensiset pathaviensis diocesis monasteriorum Abbatibus salutem et apostolicam benedictionem militanti ecclesie disponente domino circa curam ecclesiarum et monasteriorum solertia reddimur indefessa soliciti, ut eorum occurramus dispendiis et utilitatibus divina cooperante clementia salubriter intendamus sane dilectorum filiorum . . . abbatem cisterciensem ad Romanam ecclesiam *nullo medio* *) pertinentem cabilonensis diocesis ac . . . abbatum et dilectarum in christo filiarum abbatissarum monasteriorum ord. cist. conventuum conquestione percepimus, quod non nulli Archiepiscopi Episcopi Abbates priores et alii ecclesiarum prelati, et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam eciam seculares nec non Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Laici, Civitatum, universitatum, oppidorum, castrorum, villarum, ac aliorum locorum, et alie singulares persone civitatum, et diocesis ac partium diversarum, in quibus dicta monasteria, ac alia loca et membra eisdem monasteriis subjecta consistere dinoscuntur, occuparunt et occupare fecerunt castra, villas, et alia loca, domos, ecclesias granias, molendina, decimas, obedientias, casalia, terras, vineas, possessiones, census, redditus, et proventus, jurisdictiones, et jura ac non nulla bona mobilia, et imobilia ad dicta et hujusmodi alia membra eorum spectantia, et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium, vel favorem non nulli etiam civitatum, et dioc. ac parcium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, dictis abbatibus abbatissis et Conventibus super predictis castris, villis, et locis ecclesiis, graniis, molendinis, decimis,

mis, casalibus, castris, terris, jurisdictionibus, posſeſsionibus, censibus, juribus, bonis, et rebus aliis ad membra predicta ſpectantibus multiplices molestias ac injurias inferunt, et jacturas. Quare pro parte dictorum . . . abbatum abbatiſsarum, et conventuum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut cum valde difficile reddatur eisdem pro ſingulis querelis ad apostolicam ſedem habere recurſsum providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus Nos igitur adversus occupatores detentatores, presumptorum, et injuriatorum hujusmodi illo volentes eisdem abbatibus, abbatiſsis et conventibus remedio subvenire, per quod illorum compescatur temeritas et aliis aditus comittendi ſimilia precludatur discretioni vestre per apostolica ſcripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium ſeu alios etiam ſi ſint extra, in quibus deputati estis conservatores, et Judices, Abbatibus Abbatiſsis et Conventibus supra dictis efficacis defensionis presidio aſsistentes, non permittatis eosdem ſuper premiſsis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad ipsos conjunctim et diviſim ſpectantibus ab eisdem et quibuscunque aliis indebite molestari seu eis graviora dampna vel injurias irrogari facturi ipsis cum ab eis vel corum aliquibus requisiti fuerit is depredictis et aliis personis quibuslibet ſuper restitutione ecclesiarum graniarum, castrorum, casalium, terrarum, poſſeſsionum, jurisdictionum, jurium, et bonorum mobilium, et imobilium redituum quoque et proventuum ac aliorum quorumcunq; bonorum nec non de quibuslibet variis molestiis atq; dampnis presentibus et futuris in personis et rebus eorum illatis eisdem in Illis videlicet quæ judicialem requirunt indaginem ſummarie ſimpliciter et de plano ſine ſtrepitu et forma judicii in aliis vero prout qualitas eorum exierit justitie complementum occupatores ſeu detentores hujusmodi nec

non contradictores quoslibet, et rebelles cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis etiam ſi archiepiscopalis, episcopalis dignitatis extiterint, quantumcunque et quotiescunque expedierit auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii ſecularis non obstantibus tam felicis recordationis *bonifacii* pape viij predeceſſoris nostri in quibus cavetur ne aliquis extra suam civitatem et dioceſim ad judicium evocetur quam aliis quibuscunq; constitutionibus a predeceſſoribus nostris Romanis pontificibus de judicibus delegatis et conservatoribus et aliis editis quacunque constitutione contraria non obstante ac ipsis quoque literis non intendimus in aliquo derogare datum avinione ij. Non. februarii pontificatus nostri Anno nono. Quarum quidem literarum apostolicarum vigore reliosus frater *Nicolaus* cellerarius monasterii fontis sancte marie in *ſar* dicti cisterciensis ordinis nos cum debita instantia requisivit, quatenus contra nobilem dominum *Czenkonem de Ronaw* alias *de letowitz* dicte pragensis diocesis occupatorem non nullorum bonorum ad dominium monasterii pertinentium per debita juris remedia procedere ipsumque ad dimittendum hujusmodi bona occupata compellere curaremus. Nos ſumaria cognicione prehabita invenimus ipsum dominum *Czenkonem* quinque malleos, et ſylvam ab area *Radwans* usque ad flumen *Sazawa* ad dictum monasterium pertinentia detinere quodque malleos videlicet *ſlexlini* et *wenceslai*, *nicolai Hevſſonis*, et *nicolai* de *polniczka* ligna que prefate sylve succidit vendit, et pecunias bursat, in malleatoribus quoque totum jus dicti Monasterii pluribus annis usurpavit, et usurpat in grandem injuriam et jacturam monasterii ſupradicti. Attendentes igitur petitionem hujusmodi racioni conſonam vobis omni-

nibus et Singulis ſupradictis, qui presentibus requisiti fueritis aut fuerit requisitus presentibus comittimus et sub excommunicationis pena, quam in vos et quemlibet vestrum nisi feceritis quod mandamus trium dierum monitione premiſsa ferimus in hys ſcriptis districte percipiendo mandamus quatenus præfatum dominum *Czenkonem* auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte moneatis, et requiratis quem et nos tenore presentium eadem auctoritate requirimus et monemus ut infra quindecim dierum terminum post monitionem et requisitionem hujusmodi prefatos quinque malleos deoccupet et sylvam non ſuccidat, vendat, nec pecunias arestet et burſet, nec aliquod jus in malleis malleatoribus et sylva predictis ſibi usurpet, sed ipsum Monasterium Malleis et ſilva pacifice libere et quiete uti et gaudere permittat- - - - - - ſi vero dictus *Czenko*, aut ſui forsitan in hac parte ſervitores et ſibi adhærentes hujusmodi excommunicationis ſententiam, et denunciationes publicas ſustinuerit, et mandatis nostris hujusmodi imo verius apostolicis non obtemperaverit infra ſex dies prefatos quindecim dies immediate ſequentes cum effectu nos prefatam excoñunicationis ſententiam ſicut premittitur eadem auttoritate pronunciamus in his ſcriptis ex tunc, uti nunc in civitatibus oppidis villis, castris et locis aliis parochialibus ac monasteriorum ecclesiis et capellis in quibus prefatus *Czenko* ac ſui in hac parte faventes ac adherentes moram traxerit, vel traxerint. - - - - in quorum omnium et ſingulorum fidem et testimonium presentes literas ſeu presens publicum inſtrumentum per Georium hrvſel notarium publicum conſistorii nostri ſcribam infra ſcriptum ſcribi, et publicari mandavimus, nostrique appensione ſigilli communivimus datum et actum Wienne in dicto monaste-

rio ſcotorum sub anno a nativitate Domini millesimo CCCCJX. Indictione ſecunda die vero lune ſextadecima mensis junij hora tertiarum vel quasi presentibus ibidem diſcretis viris ſtephano furcher de ladendorff, et vlrico venikſteig pataviensis dioceſis, testibus ad premiſsa vocatis specialiter et Rogatis.

Et ego Georius hrvſel de Gunnſdorff clericus patavienſis dioceſis publicus Imperiali auttoritate notarius. Quia ſummarie cognitorum monicionibus ſententiarum promulgacionibus, omnibuſque aliiſ et ſimilibus premiſſis, dum ſicut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatiſ teſtibuſ preſens interfui eaque ſic vidi fieri et audivi ideo preſens inſtrumentum publicum hujuſmodi proceſſum in ſe continenſ manu propria ſcriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi ſignoque et nomine meis ſolitiſ et conſvetiſ una cum appenſione ſigilli prefati domini Thome abbatiſ de ipſiuſ mandato conſignavi. Rogatus nichilominus et requiſitus in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum. (*Ex Originali Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXIV.

Rex Wenceslaus confirmat Privilegia Zarenſi Monaſterio conceſsa 1411. *die* 27. *May.*

Wenceslaus Dei gracia Romanorum Rex semper Auguſtus et Bohemie Rex. Notum facimus tenore presencium Vniversis. Honor et gloria Regie Majestatis tanto amplioribus extolluntur lau-

laudum preconijs, tantoque gratiosioribus fidei et deuocionis impendiis fulciuntur, quanto majoribus gratiarum largitionibus Subditi per Regalem clementiam fuerint consolati, et illi precipue quorum vita et conversatio à mundanis vanitatibus sequestrata in Dei cultura, Sacræ Religionis ac deuotionis studio se exercent. Sane pro parte Religiosorum Abbatis et Conventus Monasterii in *Saars* ordinis Cistercienſis devotorum Nostrorum dilectorum extat Majestati Nostre cum humili precum instancia supplicatum, Quatenus ipsis et eorum Monasterio duas litteras super certis Libertatibus, exemptionibus, Indultis, gratiis et Immunitatibus per sereniſsimum quondam Principem Dominum *Carolum* Romanorum Imperatorem semper Augustum et Bohemie Regem Dominum et Genitorem nostrum, ac Vniversas et singulas alias litteras ipsis per prefatum Dominum et Genitorem nostrum seu alios quoscunque Predeceſsores nostros Reges Bohemie et Marchiones Moravie, super ipsorum libertatibus, et exemptionibus datas, traditas et conceſsas, de innata nobis pietatis clemencia, approbare, ratificare, innovare et confirmare gratiosius dignaremur. Quarum duarum Litterarum tenores presentibus sunt inclusi, et prime quidem littere tenor talis eſt ut sequitur per omnia in hec verba. *Carolus* - - - - (*vide Num.* XLV.) Secunde vero Litere tenor sequitur et eſt talis: *Carolus* - - - - - (*vide N.* LIII.)

Nos igitur Qvi vota qvorumlibet rationabilia petentium libenter amplectimur, & ut præfati Abbas & Conventus Monasterij in Saars pro Nostro Regniq; Bohemiæ ac Principatuum Nostrorum statu prospero et felici erga Regem Cælorum & Dominum à qvo Status Nostri diriguntur, salubria & salutaria jugiter intercedant, animo deliberato, sano fidelium

No-

Nostrorum accedente consilio & de certa Nostra scientia prædictas duas Litteras prout de verbo ad verbum expreſsantur superius, ac singulas Nostras Litteras, ipsis per præfatum Dominum & Genitorem Nostrum, & alios qvoscunq; Principes Prædeceſsores Nostros Reges Bohemiæ & Marchiones Moraviæ, super ipsorum Libertatibus, exemptionibus & immunitatibus datas, traditas, & conceſsas qvorumcunq; tenorum exiſtant, si & in qvantum rationabiliter proceſserunt, approbavimus, ratificavimus, innovavimus & confirmavimus, approbamus, ratificamus, innovamus, & virtute præsentium, tanqvam Marchio & Dominus Moraviæ gratiosius confirmamus. Decernentes & volentes expreſse prædictas Litteras in omnibus suis punctis, membris, sententijs, clausulis, & articulis ex nunc in antea, perpetuam & inviolabilis obtinere roboris firmitatem, Nostris tamen & qvorumlibet aliorum Juribus semper salvis. Præterea de abundantiori munificentiæ Nostræ dono, præfato Abbati & Conventui Monasterij in Saars favimus & indulsimus, favemus virtute præsentium & gratiosius indulgemus, ut ipsi pro ducentis Sexagenis groſsorum Pragens. ipsis per Illustrem qvondam Dominum Jodocum Marchionem Brandeburgensem, & Moraviæ Principem Patruum Nostrum chariſsimum in animæ Suæ salutare remedium, datis & donatis pro usibus suis viginti Sexagenas groſsorum Pragens. Census annui & perpetui in Bonis Liberis & non fevdalibus in Regno Nostro Bohemiæ sive Marchionatu Nostro Moraviæ emere & comparare valeant atq; poſsint; Qvas qvidem viginti Sexagenas Census perpetui postqvam per eos ut præmittitur fuerint comparatæ ipsis & eorum Monasterio incorporavimus, invisceravimus, annexuimus appropriavimus & univimus, incorporamus, invisceramus, annectimus appropriamus virtute præsentium Regia auctoritate Bohemica de

cer-

certa Nostra Scientia gratiosius et unimus per ipsos habendi, tenendi, utifruendi, & perpetuis in antea temporibus sub Libertate Ecclesiastica pacifice posſidendi impedimentis qvorumlibet pænitus proculmotis. Mandamus Nobilibus Vrzedniconibus & Beneficiarijs Tabularum terrarum Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ qvi nunc sunt, seu pro tempore fuerint firmiter & districte qvatenus præfatas viginti Sexagenas Census perpetui, postqvam per prædictos Abbatem & Conventum Monasterij in Saars comparatæ fuerint ut præfertur simul vel divisim, separatim vel conjunctim Tabulis earundem terrarum annotare & inscribere qvomodolibet non omittant, dum & qvoties præsentibus fuerint super hoc requisiti. Prout indignationem Nostram graviſsimam voluerint arctius evitare, præsentium sub Regiæ Nostræ Majestatis sigillo testimonio Litterarum. Datum Pragæ Anno Dni Millesimo Qvadringentesimo undecimo, die vicesima Septima Maij, Regnorum Nostrorum Anno Bohemiæ Qvadragesimo octavo, Romanorum vero Tricesimo Qvinto.
(*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXV.

Testimonium venditi Boni Pirpaum Monasterio Zarensi Ao 1411.

Ich Johan genant Püklitz von Czechtowitz, undt ich fraw Judka seyne Eheliche haußfrawe, mit allen Bußern Erben bekennen wir undt thuen khundt offentlich allen denen die dießen Brief sehen, hören oder leßen, daß wir mit wol bedachten mueth, undt mit gütten willen, undt auch mit rathe vnßerer freunde, auch mit krafft dieſes Vnßere Brieſes, verkhauffen undt verkhaufft haben,

ben, vnßer Gutt daß wir zu Pirpaum gehabt haben, zu dorffe undt auch zu felde dem Ehrwürdigen in Gott Vatter dem Abbte undt dem ganzen Convent zu Sahrs in aller der weiße wie wirs gehabt undt beſeßen haben, gar mit aller Grundes herrſchafft, Vns darinnen nichts außgenohmen, undt darzu wir Jhm dem Brief dem wir von den Edlen Brzenky von Ryſenburg haben, undt von ſeynen Bürgen, den geben wir Jhm, undt haben Jhm den geben mit vnßeren Gutten willen, nach deß ſelbigen Brieſes Laute ſie ſich mögen halten zu allen denen rechten undt zu ſolicher herrſchaft, als veiß daß iſt verſhrieben nichts außgenohmen, undt ob in keins darinnen abgriege, daß Sie daß gewaltig ſein mit dieſen Brief zugewinnen gantz undt gar vollkommendtlich alß wir Selbſte. Deßen zu mehrerer Krafft undt gantze Sicherheit, ſo haben wir obgenandte Johan Püklitz, frawe Judka ſeyne Eheliche haußfrawe vnßere Inſiegel mit gutte, vnßeren gewießen an dießen Brief gehangen, undt haben auch gebetten die Tüchtigen undt nahmhafftige Edle, Jan Taß von Taſſow Zdenko von Budſſowicz, Jan Hazmuk von Proſſecz die weill haubtmann zu Naw Sedlecz, Wylhelm Ryß von Bohuntiez, daß Sie neben vnß Jhre Inſiegel, zu neier zeügnuß aller obgeſchriebener dienge, an dießen Brief habe, gehangen ohne allen Jhrm ſhaden; der gegeben iſt nach Chriſti geburth Treizehen hundert Jahr, darzu nach in den Elfften Jahr, des Sambſtages vor Margarethä. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXVI.

Hammerfeld venditur Oppido Zarensi a Monasterio Ao 1411.

In Nomine Domini amen. Cum humane fragilitatis conditio universa memori mente non ſufficit

cit retinere, cautum est, ut ea qvæ aguntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, aut proborum Virorum seu fratrum testimonio fulciantur. Igitur Nos fratres *Johannes* Abbas, *Procopius* Prior, *Nicolaus* Supprior, *Nicolaus* Cellerarius totusq; conventus Monasterij fontis Sanctæ Mariæ Virginis in Sar, Ordinis Cysterciensis, Pragen. Dyocesis. Recognoscimus tenore presentium, qvi cum legerint vel audierint, tam istius qvam futuræ ætatis hominibus universis; Qvod nos propria matura deliberatione omniumq; nostrum bona voluntate adhibita, ob communem nostri jam dicti Monasterij profectum, nec non communitatis nostri opidi in Sdyar utilitatem, vendimus, tradimus & assignamus rite & rationabiliter nostro ac Succesorum nostrorum nomine, nosq; jure emphitityco qvod vulgariter Purkrecht dicitur, vendidisse tradidisse & assignasse presentibus profitemur. Providis & honestis viris Judici et Juratis ac totè communitati prefati opidi nostri in Sdyar qvi sunt vel pro tempore fuerint, omnes agros, prata, ac Rubeta ad Molendinum dictum Hammermyl spectantes ut spectantia nec non peciem agrosq; Rodonaw dictorum, qvam peciem divæ memoriæ Otto Malleator exemerat et coluit dempto et excepto solo Molendino dicto Hamermyl et qvinq; piscinis ibidem pro triginta sexagenis grosorum denariorum Pragens. Boëmici Pagamenti & numeri. Qvas triginta sexagenas Ipsi prætacti Judex & Jurati ac tota communitas in data presencium prompta in pecunia, nobis ac nostro Monasterio effectualiter persolverunt, et in toto tali conditione adiecta, qvod ipsi superius tacti Judex et Jurati ac tota communitas, qvi sunt ut pro tempore fuerint, de agris spectantibus ad Hamermyl octoginta grosos, et de agris Rodonaw decem et octo grosos omnibus annis affuturis debent ac tenebuntur censuare, et pro

Ber-

Berna Regali qvæ Steüra provincialis in Moravia dicitur, qvociens eam per Principem imponi et recipi in Terra Moraviæ contigerit dimidiam alteram Monasterio ſolvere et dare tenebuntur ac debent cum effectu. In qvorum omnium evidentiam & robur sigilla nostra Abbatis videlicet & Conventus prædictorum presentibus sunt appensa. Datum et actum Anno ab Incarnatione Domini Millesimo qvandringentesimo undecimo in Monasterio Sar, Feria qvinta ante Dominicam vocem iocunditatis proxima XIIII. die mensis Maij, Indictione IIII. (*Ex Orig. Archivi Civit. Zdiar.*)

Num. LXXXVII.

Negotium ratione Oppidi Biela nominati, cujus dimidium Oppidi Monasterio Zarensi adjudicatur. Ao. 1412.

My Wyllem z Pernſteyna, a My Czyenyek z Lype Proboſſt w Kromzyerzy Sedycniem w Nowem Mieſtie wyznawame tiemto Lyſtem obecznie przedewſſemy, zie gakoz geſt Urozeny Pan hynczie z Lype z gedne ſtrany, a Opath zdiarſky y Swym Konwentem z druhe ſtrany na Nas mocznie prziſſly y zaruczily o to Mieſteczko geſto ſlowie Biela, a my uſlyſſywſſie z obu ſtrany giegych hamfeſti a Swiedomie, takto wyrzikame, zie Pan Hynczie tu w Mieſteczku u Biele polowiczy ma drzieti y pozywati ſwobodnie bez Opatowy a Konventu zdiarſkeho przekazky, Opath y geho Konvent tudiez u Biele druhau polowyczy take magy drzieti a poziwati ſwobodnie gakz gegych Lyſty z obu ſtran ſwieczie bez prziekazy, ſe wſſiem Panſtwym y Prziſluſſenſtwym gakoz toho Lyſti gſu z obu ſtran, pod tiemy pokutamy gakoz ſtarzy Lyſti ſwiedczie. A take Rychtarz geſto tu w Mieſteczku Sedi ma zachowati oba Pani podle obyczege ſtareho. A tomu Maſſe-

mu

mu zwrchu pſanemu wyrczenj na ſwiedomie a pro lepſſy gyſtotu ſwe wlaſtnie peczietj przſiwgeſyly ſme k tomu Lyſtu, genž geſt dan w Brnie po Bożim Narozeniem, Tiſicz cztyryſta Leth potom dwanacztego Leta w tu Nedyely przed hromyczemy. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXVIII.

Conceditur cuidam Villa Cryseleyns exceptis fundo & fodinis sub certis conditionibus et censu. Ao. Dni 1416.

Nos *Ingramus* et Hæredes Nostri, recognoscimus tenore præsentium Universis præsentibus et futuris. Qvod Ego Ingramus emi Nobis & Hæredibus Nostris circa Religiosos Viros Dominum *Joannem* Abbatem & Conventum Monasterij in Sar pro qvadraginta marcis groſsorum Pragens. Judicium & Curiam cum qvatuor laneis in Villa dictorum Dominorum, Cryseleyns nuncupata jure hæreditario poſsidenda, et de jam dicto Judicio medietas emendarum ad Nos, et residua medietas ad præfatum Monasterium pertinebit. Item prædicti Domini Abbas & Conventus commiserunt sub Conventionis nomine nobis memoratis et hæredibus ac Succeſsoribus Nostris eandem Villam Cryseleyns poſsidendam perpetuo & habendam, cum omnibus utilitatibus, proventibus & pertinentijs ipsius intra Villam et extra qvibusvis nominibus censeantur, exceptis solummodo Purkrecht & fundo ac aurifodinis vel argentifodinis seu mineris cujus cunq; generis metalli, si inibi fuerint reperta, Volentes ea pro suo Monasterio conservari, Talibus tamen conditionibus appositis et adjectis. Qvod Ego Ingramus et Hæredes ac Succeſsores Nostri de ipsa Villa existente locata, vel non locata, aut per

ignem

ignem vel expeditionem, sive modum alium qvalemcunq; destructa, debemus et tenemur singulis Annis in perpetuum qvartam mediam Marcam grossorum Pragens. 64. grossos pro marca qvalibet computando, septem fertones in festo B. Georgij Martyris, & totidem in festo B. Michaelis Archangeli præfatis Abbati et Conventui seu ipsorum Monasterio censuare. Et pro semet in singulis communibus vel Regalibus Bonis dare eisdem in subsidium qvatuor marcas grossorum Pragensium ejusdem monetæ seu Moravici pagamenti. Hujusmodi autem Censam sive Bernam debemus laboribus Nostris et expensis per Nos cum bonis grossis, et legalibus temporibus nominatis, semotis prorogationibus ac dilationibus qvibuscunq; ad præfatum Monasterium præsentare. Porro addicimus qvod Nos Ingramus Hæredes et Succesſsores Nostri, prænominata, Judicium, Curiam et Laneos qvatuor ad ipsam spectantes nec non Villam, appendentia vel pertinentia ipsarum majora seu minora non debemus nec tenemur vendere, obligare, in toto aut parte qvalibet alienare sine Abbatis et Conventus prædictorum qvi pro tempore extiterint requisitione et consentanea ac beneplacita voluntate. Præterea promittimus qvod si Nos supradicti seu Hæredes Nostri ac Hæredum Succesſsores, in præmiſsis aut aliqvo præmiſsorum fuerimus negligentes, ex tunc unus Nostrum cum uno famulo et duobus eqvis Dominum per Abbatem et Conventum præfatos fuerimus reqvisiti, tenemur ad unam domum honestam in Civitate Brunensi Nobis per ipsos deputatam super damna nostra propria præstando obstagium subintrare inde non egreſsurus nisi Capitalis pecunia cum universis accretis integraliter fuerit persoluta. Si autem dictum obstagium præstare recusaremus, mox Nos supradicti volumus per præfatos Abbatem et Conventum fi-

de-

defragi publice denunciari. Ad huc etiam sciendum qvod si Nos supranominati propter inopiam aut impoſsibilitatem seu defectum verorum Hæredum, vel causam aliam qvalemcunq; Villæ prædictæ præesse, et Censum ac Bernam solvere qvomodolibet non poſsemus, confestim ipsa villa ad præfatum Monasterium debet redire absq; cujuslibet contradictionis obstaculo, liberè et qviete cum ipsius pertinentijs universis. In cujus rei testimonium præsentes dedimus, sigillis Nostris et Testium subscriptorum sigillis munimine roboratas. Testes autem hujus sunt Nobiles Domini, Dominus Wilhelmus de Pernstayn, Dominus Milota Crzizanow, Dominus Proczko de Lysycz, Dominus Alſso Alesch de Chunstat, Erhardus filius Domini Proczkonis de Lysycz, et Sbinko frater Domini Ingrami. Datum in Pernstayn Ao Dni Millesimo Qvadringentesimo decimo Sexto, in Vigilia Corporis Domini Nostri Jesu Christi. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. LXXXIX.

Zdienek de Lippa cedit Monasterio Zarensi duos Pagos Hodischow, et Nowa weſs. Ao. Dni 1417. *die S. Georgij Mart.*

Ga Zdieniek z Lippe pan Noweho Mieſta wyznawam timto Lyſtem wobecz przedewſſemy że gſem ſinluwen s poctiwym Kniezem Janem Opatem we Zdiarže a s geho Konwentem Urozenymy Pany a Přátely Swymy Panem Wylemem z Pernſſtayna, Panem Smylem z Bytowa, Panem Mylotu a Panem Sigmundem z Mezeržicze od ginad z Kržižanowa y gynymy Přátely o ty Wſſy Hodiſſkow a Nowu weſ,

o ktereż gie przie, a Nechut mezy namy byla z taku mieru, że Ja Hodisskowa tey Wsy mam postupiti, y stupil gsem Kniezy Opatowy a geho Konwentu sewssim czoż ktomu przżislussye kromie robot sprawedlywich, neż ty roboty z hodisskowa a Nowu weß s Lukamy a czoż kni przżislussy mam drżetj do sweho żiwota, kromie desatku a dwu a czty-riczetj grossow gesto slowu Markrabnj penize a Bernie Kralowa, kdyss by sprawedlywa zde wzemy w Nokawie bila, że to wsse ma Kniez Opat a Konwent wybratj, a po mey Smrtj ma ta Nowa weß y s Lukamy y s tim sewssim czoż kni przżislussy, y ty roboty z hodisskowa, zaße ma na Opata a na Konwent bezewssy przżiekażky mych wssech Przżatel spadnutj a Klasstera przżislussetj, gako kdy od prwnich Czasuw. A tomu na Swiedomy swu gsem peczżiet a Bratrancze meho pana Gindrżicha k tomu Lystu przżiwiesil, a pro lepssj gistotu prosil gsem Urozenych panow Przżatek swych pana Wylema z Pernstayna, pana Jana z Bytowa, pana Myloty a pana Sigmunda z krżiżanowa aby swe peczżietj przżiwgessly ktomu Lystu podle nassich peczżetj zwrchupsanych na Swiedomy, genż gest dan na Tempelstaynie w tu Sobotu na Swateho Girży Leta od Narozenie Bożyho Tisicz cztyrysta Sedmnasteho. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XC.

Venditio fluminis in Grilwitz facta à Monasterio Zarensi Ao. Dni 1426.

In Gottes Nahmen Amen. Wir Brüder *Johannes* Abt, *Jacobus* Prior, *Stephanus* Khelner undt das gantze Convent des Klosters genandt der Brunn Unßer Lieben frawen zu Sahers, Bekhennen offentlich mit dießem gegenwärtigen Brief, allen die ihm sehen oder werden hören leßen, daß wir mit wohlbedachten undt

durch

durch nutz willen vnsers Klosters, vnßer Waßer daß da rinnet auß der Tay hinter Grilwitz mit rechtem Khauff, vorkhaufft haben denen Ehrbahren Leüten zu grilwicz geseßen, Jurgen, genandt des Olers Sohn zu seynem Leibe, Niklas des selben Jurgen Sohn auch zu seinem leibe, undt Jurgen des Gilgen stiff Sohn zu seinem leibe, umb dreyßig mark groshen Märisher Zahl zwey undt sehzig groshen vor eine Mark gezehlt, in solcher maß das sie des egenandten waßers genießen sollen so sie am bestem vormügen, undt da von sollen sie die vor genandten Vns undt unßern Kloster nei Mark groshen alle Jahr zinßen die weil die drey vorgenandten leben, undt wen wir Abt, Khelner, oder unßer Ambleüt hinauß gege grilwicz kommen, so sollen sie unß fishe unßer Notthurfft geben so eß von alt recht undt gewohnheit ist, undt ab eß geshehen daß sie den oben geshrieben Zins daß ist ein Mark, zu rechten tägen halb auf Sanct Jurgen, undt halb auf Sanct Michels Tag nicht geben alle Jahr undt mit frewel vorhalten wolden undt auch von den fieshen so es geshrieben stet sich außziehen wolden oder daß wieder reden, So behalten wir uns macht undt Krafft mit dießem Brief daß sie deß egenandten waßers über hoben sollen seyn, undt wir ihn vorbietten mügen, alßo lang bieß sie außrichten zu zeiten alles waß oben geshrieben stet, undt wenn Gott der allmöchtige über sie gebietten wirdt zu der ewigen Seeligkeit, so soll daß egenandte waßer an uns undt an unßer Kloster ohne alle hindernus wieder ansterben undt anfallen. Undt zu einer Besiegung undt beßerer sicherung der sachen haben wir unßer Insiegl daß ist deß Abts undt des Convents an dießen Brief gehangen, der geshrieben ist zu Brünn nach Christi Geburth Taußent Jahr Vier hundert Jahr undt Sechs undt zwanzigsten Jahr den frey tag vor mittfasten. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XCI.

Confirmatio Alberti Regis Bohemiæ &c. Super Jus Patronatus Ecclesiæ de Luchans donatum Monasterio Zarensi à Guta Regina Bohemiæ. Ao: 1439.

Albertus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c: Rex, et Dux Austriæ &c:

Universis et singulis tam præsentis ætatis qvam Succeſsuræ posteritatis hominibus notum facimus per præsentes. Qvod veniens ad Nostræ Majestatis conspectum Honorabilis Johannes Abbas Monasterij fontis Sanctæ Mariæ in Sar Pragensis Diæcesis Ordinis Cisterciensis devotus Noster dilectus, nobis humiliter supplicando, qvatenus sibi et Monasterio suo præfato ac Succeſsoribus Privilegium infra scripti tenoris, qvod pro tunc omni carens vitio et suspicione coram Nobis produxit, de Nostra Regia benignitate, et gratia spciali confirmare, innovare, ratificare et approbare dignaremur. Cujus qvidem Privilegij tenor de verbo ad verbum seqvitur et est talis.

Guta Dei Gratia Regina Bohemiæ Marchioniſsa Moraviæ Omnibus in perpetuum Dominium Juris-Patronatus in Ecclesia dicta Luchans Olomucensis Diæcesis Qvod Cariſsimus Maritus Noster Wenceslaus Rex Bohemiæ et Marchio Moraviæ pro remedio animæ Progenitoris Sui felicis memoriæ, Domini Otakari qvondam inclyti Regis Bohemiæ Venerabilibus Viris Abbati et Conventui Monasterij fontis Sanctæ Mariæ Virginis in Sar Eorumq; Succeſsoribus Cisterciensis Ordinis contulit ac Regiæ Majestatis Privilegio confirmavit tradendo liberaliſsima manu poſsidendum.

Nos

Nos qve ejusdem Ecclesiæ Jus Patronatus principaliter posſidemus ob reverentiam Dei Genitricis Mariæ qvam spciali devotione excolimus toto corde ad instantiam Reverendi Patris et Domini Johannis Abbatis de Pomuk dictæ Ecclesiæ de Sar Visitatoris, et ut eorum inopiæ consulamus de consensu et voluntate sincera, antedicti Carisſimi Mariti Nostri nec non coniventia et aſsensu Venerabilis Patris Theodrici Dei Gratia Olomucensis Episcopi, prædictis Venerabilibus Viris Abbati et Conventui fontis Sanctæ Mariæ Virginis in Sar, ipsum Jus Patronatus de Ecclesia Luchans supradicta, una cum eodem Marito Nostro Carisſimo conferimus in ipsorum utilitates convertendum, scripto præsentium liberaliter et mature, volentes ut Dominus Abbas et Conventus dicti Monasterij qvicunq; pro tempore fuerint, dictum Jus Patronatus habeant, et poſsideant perpetuo pacifice et qviete, et in ipsos ex certa Nostra Scientia Jus omne ac Dominium qvod habemus vel habere potuimus in ipsa Ecclesia, plenarie transferentes, ut ejusdem Juris ex nunc, et in omne tempus, sint veri Domini et legitimi Poſseſsores. In hujus rei testimonium, et robur perpetue valiturum præsens Privilegium fieri et sigillis Nostris fecimus communiri. Datum Pragæ per manum Magistri Friderici. Ao. Dni Millesimo ducentesimo octuagesimo octavo. duodecimo Calendis Februarij, Indictionis VIII.

Nos igitur aciem Nostræ mentis obtutusq; favorosos ad Abbatem et Conventum dicti Monasterj convertentes, petitionibusq; ejusdem Abbatis velut rationabilibus gratiose annuentes, Ipsis non per errorem aut improvide, sed matura deliberatione præhabita, sanoq; Principum Procerum et fidelium Nostrorum accedente consilio præfatum Privilegium in singulis suis punctis, clausulis, articulis et ſententijs tanqvam Rex Bohemiæ et Mar-

chio Moraviæ innovavimus, ratificavimus, approbavimus et confirmavimus. Innovamus, ratificamus, approbamus et tenore præsentium gratiosius confirmamus. Decernentes et veluti Bohemiæ Rex ac Marchio Moraviæ ſtatuentes dictum Privilegium, prout supra est insertum perpetuam obtinere roboris firmitatem. Harum testimonio Litterarum Nostro sigillo qvod præsentibus appendi fecimus munitarum. Datum feria secunda poſt Dominicam qva in Ecclesia Dei canitur: Qvasi modo geniti. Ao Dominicæ Incarnationis Millesimo Qvandringentesimo Tricesimo nono. Regnorum vero Nostrorum Anno ſecundo. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XCII.

Datur Monasterio Zarensi Villa Wattin cum omnibus suis Bonis 1439.

Nos *Buscho* et *Znetha* fratres et Hæredes Dominij in *Mostitz* profitemur Nobis fore inspiratum, advertentes eos cæteris hominibus eſse feliciores qvi de executione bonorum operum in futuro viciſsitudine salutari numerantur. Ad notitiam igitur perpetuam deducimus universis præsentes inspecturis, Qvod villam Nostram longo tempore desertam *Wattin* sitam juxta Wetta similiter desertam, qvæ eſt Villa Monasterij Ordinis Cisterciensis in Sar Pragensis Diæcesis, Nostram vero villam dictam Wattin deliberato animo et consilio eorum qvi Nostram ſalutem desiderant et affectant devotiſsime cum omnibus suis pertinentijs, pratis, Sylvis, piscationibus, et omnium aliorum bonorum qvovis nomine censeantur, obtulimus super

Alta-

Altare Beatæ Mariæ Virginis Gloriosæ in Monasterio prænotato Jure hæreditario perpetuo posſidendam. Præterea sciant præsentes Christi fideles et futuri, qvod dictam villam videlicet Wattin qvam libere obtulimus Monasterio supradicto et Viris Religiosis Abbati et Conventui ibidem qvi jam sunt et qvi pro tempore fuerint, in remedium Animarum omnium Prædeceſsorum Nostrorum, et Nostrorum peccatorum et Succeſsorum, conjungentes Villæ Monasterij supradicti, dictæ Wetla taliter qvod ex his una Villa construatur et locetur, à nobis et deinceps perpetuo uno nomine Wetla vulgariter nuncupetur, qvam sic acceptam et constructam Nos dicti fratres Buscho et Znetha habere et posſidere debemus tantum ad tempora vitæ Nostræ, nihil nobis penitus Juris, potestatis et Dominij cujuslibet speciei ob causam locationis, constructionis, ameliorationis, Nobis nec posteris amicis, Consanqvineis, Affinibus Nostris reservantes, sed sine omni contraria adinventione qvomodolibet inventa, post obitum amborum, cum omnibus fructibus omnium bonorum ad eam pertinentibus, nihilominus et omnium qvæ in ea qvomodolibet in futurum perpetuo poterunt pervenire ad sæpedictum Monasterium libere et pacifice revertantur. Harum Nostrarum et aliorum fide dignorum testimonio Litterarum. (*Ex Orig. Arch. Mon. Zar.*)

Num. XCIII.

Judicium in Sklenny *venditur a Joanne Abbate Ao* 1444.

Nos *Joannes* Abbas, *Joannes* Prior, *Benedictus* Celerarius. Totusque Conventus Monasterij

Fontis S. Mariæ in Sar Ordinis Cisterciensis Pragensis Diæcesis. Cupientes congruè bonum jam dicti Monasterij promovendi communi Tractatu inter Nos præhabito, omniúmque Nostrûm bonâ voluntate præhabitâ, et consensu vendimus, tradimus, et asignamus rite et rationabiliter nostro et Succesorum Nostrorum nomine, Nosque vendidisse, tradidisse, et asignâsse præsentibus profitemur honesto et Discreto Viro Blasio, et Annæ Uxori ejus, liberis ejus Johanni et Sigismundo, jam in effectu genitis quoad vixerint duntaxat pro duabus Sexagenis Nobis ac Nostro Monasterio in data præsentium decenter in prompta pecunia persolutis cum laneo ad Residentiam ubi pro nunc resident pertinente cum Taberna libera in Nostra Villa Sklenne vulgariter nuncupata posidendum, habendum, et uti fruendum, cum omnibus pertinentijs, et affixis, videlicet emendandis minoribus tertium denarium recipiendo. De Judicio exclusis quatuor majoribus, id est: Igne, homicidio, Stupro, et furto, quæ pro Nobis et Nostro Monasterio ad utilitatem Specialiter reservamus, et nihilominùs sub Scriptis conditionibus effectualiter observaturi; inprimis videlicèt quatenus idem Blasius, Anna, Johannes, Sigismundus more aliorum prædecesorum Judicum ibidem Nostro Monasterio ejusque Officialibus fideliter Servitia impendant, signanter rippas et Sylvas custodiendo, censum colligendo, Robotas intimando, et expurgando nostrum censum et alias exactiones, ad Monasterium propriis in personis importando, et officialibus ipsius Monasterii asignando, quatenúsque idem Blasius, Anna, Johannes, Sigmundus, nec conjunctim nec divisim quavis occasione publicè vel occultè præter Nos et nostrum Monasterium sub pæna casationis præsentium, aliquod aliud Dominium recipiant, habeant, aut eidem pareant quo-

vis

vis modo, vel memorata bona Judicium, et cæ-
tera alicui vendant, vel aſsignent, niſi de Noſtro
et Succeſsorum Noſtrorum expreſso consensu et
aſsensu; Et hoc non alio vel alijs alicui Dominio
aſservatis, qui etiam Nobis, et noſtro Monaſterio
valere et utiles eſse probabiliter concernantur.
Addicientes præterea quod liberos ipsos ab omni
exactionibus et Steüris decernimus et ſub poteſta-
te volumus, præter Steüram, seu Bernam Re-
galem quotiens eam imponi contigerit. Ad hæc
concedimus eisdem venationem et aucupationem
in agris in Sylvis et pertinentijs ejusdem villæ de-
terminatam in modo alibi taliter, ut more cætero-
rum. Etiam nobis ut exinde honorariæ fiant com-
petentes. Cum verò prædictus Blasius, Anna, Jo-
hannes, Sigmundus ex hac luce migraverint, tum
idem præfatum Judicium ad Monaſterium reverta-
tur, harum qvibus Noſtra sigilla Abbatis et Con-
ventûs præsentibus sunt appensa teſtimonio Litte-
rarum. Annô Domini Millesimô quadringentesi-
mô quadragesimô Quartô. In Octava Epiphaniæ
Domini &c. (*Ex Orig. Archivi Mon. Zar.*)

Num. XCIV.

Monasterium Zarense vendit Bonum nomine Bory. *Ao Dni* 1445.

My Kniez Jan Opath, Kniez Jan Przewor, Kniez Beneſſ Kliczník, a wſſeczken Konwent Klaſſtew Zdiarſkeho Studnicze Matky Bozie Rzadu Cyſterciens-ſkeho Praſkeho Sprawowanj, wyznawame timto Lyſtem obecznie przedewſſemy ninieyſſymy y w Budauczych Czaſſych kdoz gey uzrzie, a nebo cztucze uſlyſſie znamenawſſe naſſy welyku Chudobu a nedoſtatky a zahubu Kla-

ſſterx

ſſtera Naſſeho z wrchu pſaneho y chticze zaſe gey opra=
wytj a uſtawytj y uradiwſſe ſie z Urozenym Panem Gi=
tzikem z Kunſtadu od gynad z Podiebrad geſto geſt Naſſ
prawy Sſtyfftyrz a Oprawcze Naſſy Lydi Naſſych a
zwuoly gebo Myloſtj, prodaly gſme a moczy tohoto Ly=
ſtu prodawame Naſſe wlaſtnie zbożie puol weſky Bory
